



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

G  
336



6336



Harvard College Library  
FROM THE  
CONSTANTIUS FUND.

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard  
University for "the purchase of Greek and Latin  
books, (the ancient classics) or of arabic  
books, or of books illustrating or ex-  
plaining such Greek, Latin, or  
Arabic books." Will,  
dated 1880.)

Received 21 May, 1898.









**DE SCOLIIS**

**SIVE**

**DE CONVIVALIBUS CARMINIBUS**

**APUD GRÆCOS**



**DE SCOLIIS  
SIVE  
DE CONVIVALIBUS CARMINIBUS  
APUD GRÆCOS**



DE SCOLIIS  
SIVE  
DE CONVIVALIBUS CARMINIBUS  
APUD GRÆCOS

SCRIBEBAT

ARMANDUS GASTÉ


SCHOLÆ NORMALIS OLIM ALUMNUS, GALLICÆ UNIVERSITATI AGGREGATUS,  
RHETORICES PROFESSOR IN GYMNASIO CADOMENSI



CAEN  
IMPRIMERIE DE F. LE BLANC-HARDEL, LIBRAIRE  
RUE FROIDE, 2 ET 4

—  
1873

b 336



Constantine fund.

DOCTISSIMO VIRO

ÆMILIO EGER

INSTITUTI GALICI SOCIO

HOC OPUS

D. D. D.

A. GASTÉ.



DE SCOLIIS  
SIVE  
DE CONVIVALIBUS CARMINIBUS  
APUD GRÆCOS

---

§ I.

DE SCOLIIS APUD GRÆCOS; UBI ET QUANDO CANTATA  
FUERINT ?

SCOLIA (1) apud Græcos cantiunculæ erant,  
quas convivæ , mensis remotis , priusquam sur-  
rexissent , modulabantur , ut ex elegantissimo

(1) Cf : *Paulus Leopardus* : *Scoliorum et convivalium carminum quorundam ab Athenæo servatorum emendatio* (Emendat. l. XII, c. viii, in *Gruteri Thes. Crit.* Tom. III, p. 244 et sqq.).

*De La Nauze* : Mémoire sur les chansons de l'ancienne Grèce (Mém. de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres. 1732. T. IX, p. 320 et sqq.).

*Burette* : Mém. de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres. 1743. T. XV, p. 311 et sqq.

*Potter* : Archæol. Gr. T. II, p. 702 et sqq.

*Cludius* : Etwas über die Scolien der Griechen. In : Bibliothek der

Platonis comici loco (1) patet, quo, ut ait Is. Casaubonus (2), « velut ob oculos ponitur strepitus ille qui in cœnationibus solet excitari, quum surgunt de mensa convivæ. » His enim non jam e triclinio egressis, dispensator, sive rerum domesticarum domini alicujus curator, ita cum quodam servulo colloquitur :

- A. Viri cœnarunt jam fere omnes — B. Euge !  
— A. Quidni tu protinus mensas abstulisti ? ego vero  
nitrum præbitum eo. — B. Ego autem scopis cubiculum  
[purgabo ;

alten Litteratur u. kunst. 4 St. (Göttingen, 1786). S. 54-62. = 3. St.  
(1788). S. 32-57.

*Santen (de)* : Observationes de Scoliis Græcorum. In : Bibliothek  
der alten Litteratur u. kunst. 5 St. (Götting., 1789). Ined. S. 20-25.

*Godof. Hermannus* : De metris Poetarum Græcorum et Romanorum.  
Lipsiae, 1786. L. III, c. x, p. 413 et sqq.

*Car. Dav. Ilgen* : Σχολιὰ, hoc est Carmina convivalia Græcorum  
metris suis restituta et animadversionibus illustrata, præmissa disqui-  
sitione de hoc genere carminis. Ienæ, 1798.

*Fr. Jacobs* : Animadvers. in Epigramm. Anthol. Gr. Vol. I, part. I,  
p. 454 et sqq.

*Raph. Fiorillo* : Observat. crit. in Athenæum. Götting., 1803,  
p. 414 et sqq.

*G. F. Grotefend* : Viginti quatuor σχολιὰ, seu carmina convivalia  
in Athenæo servata, metris suis restituta.

*J. Schweighaeuser* : Animadv. in Athenæi Deipnosoph. Argentorati,  
1805. T. VIII, p. 241 et sqq.

*Hallström* : De scoliis Græcorum. Londini Gothorum. 1827.

(1) In *Laconibus*. — Athen. XV, 665. B. — Poet. comic. græcor  
fragmenta. Parisiis. Didot, p. 232. — Non semel veteres interpretes  
recognovimus emendavimusque : sapissime vero græca loca, præsertim  
*Scotia*, in latinam linguam denuo ipsi transtulimus. A. G.

(2) Animadv. in Athen., XV, 1.

— 7 —

factisque dein libationibus cottabum (1) afferam.

— A. Puellæ tibias jam oportuit ad manum esse,  
ut eas inflaret. Jam unguentum affundam  
Ægyptium, posteaque irinum : coronam deinde unicuique  
dabo convivarum. Denuo quis vinum misceat.  
— B. Jam mixtum est.—A. Thus quis igni imponat.—B. Euge!  
Jam libatio facta est, et bibere pergunt,  
*Scolionque cecinerunt;* cottabus foras exportatus est,  
tibiasque tenens puella quædam Caricum melos  
modulabatur apud convivas, aliquamque vidi trigonum  
habentem, ad quod deinde melos quoddam canebat ionicum.

Scolion (2), ut inde cernimus, cœna confecta  
canebatur, eo scilicet tempore quo, animis vino  
et sermone calentibus, convivæ coronas capitibus  
gerentes, ad lyricos impetus promptiores erant.

§ II.

QUA DE CAUSA CONVIVALES CANTILENÆ SCOLIA FUERINT  
APPELLATA ?

Unde illud nomen *Scolii* (hoc est *flexi, obliqui,*  
*tortuosi*) carminibus inditum est, quæ, sub fine  
cœnarum, apud Græcos caneabantur? Grammatici  
certant, utpote qui inter se non satis consen-

(1) De cottabo vide infra.

(2) Hoc verbum apud Græcos varie scriptum reperimus : σχολιόν,  
σχολίον, aut σχόλιον; σχολιόν frequentius. Vid : Schweighaeuser.  
Animadv. in Ath. Deipnosoph. T. VIII, p. 243.

tiant. Nos quidem , allatis auctorum locis , qui fusius scoliorum mentionem fecere , rem enodare nitemur ; non speramus tamen litem deinceps sub judice non fore.

**A.)** — In secundo de *Usu Librorum* libro , Artemon Cassandreus , laudatus ab Athenæo (qui fere omnes quas habemus scoliorum reliquias servavit) refert carmina convivalia *Scolia* appellata fuisse ex ipsa cantandi ratione. « Erant autem , inquit (1), scoliorum tria genera. Primum quidem , quod ab omnibus cantari solitum erat. — Secundum , quod omnes quidem canebant , at non simul , sed circuitu quodam , ut alias alii ordine succederet. — Tertium vero quod postremum omnium locum obtinebat , cuius participes non omnes erant , sed quod ab iis solis recitabatur qui peritiores esse viderentur , quocumque demum loco accubuissent. Quapropter , quia id extra ordinem fieret , neque simul ab omnibus , neque a proximis continenter ac deinceps caneretur , sed quocumque loco forte cantor accumberet , convivale carmen *Scolion* (h. e. *obliquum* , *tortuosum*) appellatum fuit. »

**B.)** — Plutarchus (2) vero quo modo Græci carmina convivalia canerent , hocce modo exponit : « Scolia aiunt non esse genus cantilenæ

(1) *Athen.*, XV, 694. A.

(2) *Quæst. Conviv.*, I, 5.

obscure conditæ , sed quia primum solerent cantare pæanem dei una omnes voce laudes ipsius celebrando ; deinde unusquisque propriam cantilenam , accepta myrto , quam ex eo Æsacon (1) appellabant, opinor , quod cantaret is cui tradita ea esset. Et quia in hanc rem lyra circumlata , ea sumpta , eruditus illud carmen concinne modulabatur , recusabant rudes musicæ , Scolion fuit nominatum , quod neque facile esset , neque omnibus commune carmen. Alii myrtum non ordine traditam fuisse aiunt , sed a lectulo in lectulum ad singulos transmissam , ita ut qui primus cecinisset , primo in secunda mensa eam mitteret , is primo tertiae , eodemque modo secundi secundis : itaque ob varietatem et flexuum , ut appareat in circuitione , multitudinem , *Scolion* fuisse dictum. »

**C.)** — Dicæarchus , Milesius (2) , Aristotelis discipulus , in libro de *musicis certaminibus* , tradit (3) tria cantionum genera fuisse : unum , quod ab omnibus (4) singulatim ordine canebatur , alterum quod a peritissimis tantum prout

(1) Hesychius : Αἴσακος , ὁ τῆς δάφνης κλάδος , ὃν κατέχοντες ὕμινον τοὺς θεούς .

(2) Scholiast. Aristoph. in *Pac.* Dicæarchum Μεσσήνιον appellat.

(3) Suidas. v. σκολιὸν . — Ed. Ludolph. Kuster. Cantabrigiæ, 1705.

(4) Ilgenius (de Scoliis, p. cliii) putat , nec immerito , locum mancum esse , quum Dicæarchus affirmat tria cantionum genera esse ( τρία γένη τὴν ωδῶν ) , deinde duo tantum recenset.

— Burettius (Mém. de l'Ac. des Insc. et B.-L, t. XV, p. 313) ita

ordo ferret; idque ob ordinem flexuosum, *Scolion* vocatum fuisse.

**D.)** — Aristoxenus et Phyllis Musicus (1) scripserunt carmen convivale *Scolion* appellatum fuisse, « quia in nuptiis, circa unam mensam pluribus lectis collocatis, convivæ myrtos tenentes alter post alterum ordine sententias et carmina amatoria canerent. Circuitus autem obliquus erat, quia lecti ita collocati essent. »

**E.)** — Nunc decet jucundissimum *Vesparum* locum (2) referre, in quo Aristophanes in scenam inducit Bdelycleonem, ejusque patrem Philocleonem inter se per scolia et scoliorum parodias colloquentes :

« BDEL. Tibicina tibias inflavit. — Convivæ autem sunt Theorus, Æschines, Phanus, Cleo, hospes alius nescio quis ad caput Acestoris, Tu una cum istis es; vide ut scolia perite excipias.  
— PHIL. Ita-ne? excipiam ut nullus Diacriorum.  
— BDEL. Illud ego experiar. Finge igitur me Cleonem esse; prior cano *Harmodium*: tu vero excipies.  
*Nullus unquam vir exstitit Athenis.* —  
— PHIL. Non ita sane nebulo neque fur.

locum interpungit et legit : τὸ μὲν ὑπὸ πάντων φόδρμενον, τὸ δὲ χαθ' ἔνα ἐξῆς, τὸ δ' ὑπὸ τῶν συνετωτάτων. — Cf. Schweigh. Animadv., t. VIII, p. 247.

(1) Apud Suidam, loc. cit.

(2) *Vesp.* v. 1219 et seq.

— 11 —

— BDEL. Quid audes ? perditus es talia clamans !  
minabitur enim se perditum te et extincturum,  
atque ex hac regione extrusurum. — PHIL. Ego vero,  
si ille minabitur, aliud , Hercule , occinam :  
*Heus tu, homo, qui insane maximam potentiam affectas,*  
*hanc civitatem jamjam labantem penitus evertes.*  
— BDEL. Quid autem, quum Theorus, ad tuos pedes accumbens,  
canet,prehensa Cleonis dextra :  
*Admeti historiam, o amice, doctus, viros bonos ama,*  
quod illi referes scolian ? — PHIL. Ad hunc scilicet modum :  
*Non licet vulpinari, neque ambobus amicum fieri.*  
— BDEL. Post illum Æschines , Selli filius , excipiet scolian ,  
vir doctus et musicus , atque ita incinet :  
*Pecunias et opes Clitagoræque et mihi cum Thessalis. —*  
— PHIL. Multas sane ego et tu dissipavimus.  
— BDEL. Hoc quidem luculenter tu calles.... »

F.) — Scholiastæ (1) in hunc *Vesparum* locum  
adnotatio talis est : « Vetus mos erat convivas  
post cœnam canere, primum ex ordine sequentes,  
si cantilenam recitare desineret. Primus enim  
lauri aut myrti ramum tenens carmina Simo-  
nidis aut Stesichori, usque dum vellet, canebat,  
et postea ramum cui cuperet dabat, non ita vero  
ut ordo convivarum exigeret. Qui autem a primo  
ramum acceperat, carmen inceptum perseque-  
batur, et ipse ramum cui cuperet dabat. Itaque,  
quoniam omnes convivæ de improviso carmina  
canebant et dicebant, ea ob difficultatem (2)  
*Scolia* appellata sunt. »

(1) Schol. in *Vespr.* 1222.

(2) Apertissime Burettius (*Mém. de l'Ac. des Inscr.* et B.-L., t. XV,

**G.**) — Non omittendus est Proclus (1), qui, postquam σχολιὸν μέλος dixerit remissum compositione et simplicissimum esse (ἀνεμένον δέ ἐστι τῇ κατασκευῇ καὶ ἀπλούστατον μάλιστα), ait carmen illud ita vocatum fuisse, quia, quum, hebescientibus sensibus, gravatisque vino convivis, cithara in medium afferretur, quisque, utpote ebrius, in citharam, ut ita loquar, incubabat; ea enim curvatura a convivis ad cantionem ipsam versa, carmen simplicissimum *Scolion* (h. e. *curvatum*) vocatum fuit.

Ex omnibus his locis, licet tam diversi autores non plane inter se consentiant, appareat, aut ego fallor, primum, finitis epulis, pæanem in alicujus Dei honorem cantatum fuisse. Ut enim aperte declarat Plutarchus, convivæ solebant primum cantare pæanem Dei una omnes voce laudes ipsius celebrando. — Non dilucide quidem Artemon dicit pæanem in alicujus Dei honorem ab universis convivis ante omnia cantatum fuisse; num vero aliud significat, quum refert « primum illud carminum convivalium esse, quod ab omnibus cantari solemne fuit? » — Athenæus quoque (2) ait: « Prisci homines

p. 314) ridiculam esse ostendit etymologiam ab Aristophanis scholiasta datam, quum verbum σχολιός verbo δύσχολος minime vicinum sit.

(1) Chrestom. ap. Phot., p. 988.

(2) Ath. XIV. 627. F.

institutis et legibus deorum hymnos et laudes in conviviis ab omnibus cantari jussérunt, ut reverentia numinum, ejus quod honestum ac moderatum est fines non transilirent. »

Dein, omnes ordine cantabant, ut Dicæarchus, Plutarchus, Artemonque referunt. Scholiasta Aristophanis (1) addit « convivatorem dare solitum esse citharam convivarum primo, quem canere jubebat. » Omnes canere debebant; itaque primus secundo citharam et myrti ramum dabat; secundus autem tertio, donec et cithara et myrtus ad ultimum pervenissent. Si quis citharæ rudis esset, is, myrtum solummodo manu gestans, Simonidis aut Stesichori (ut Aristophanes (2) ejusque Scholiasta (3) auctores sunt), carmina caneabant. Idem Aristophanes refert (4) convivam quemdam, qui ad lyram Simonidis carmen canere recusaverat, aliquid Æschyli ad myrtum canere jussum, Euripidis carmina recitavisse (5).

Quum omnes convivæ, alii citharam et simul myrtum tenentes, alii sine cithara cecinissent, certamen lyricum, ut ita dicam, inter peritis-simos instituebatur, non secus atque apud

(1) Schol. Arist. in *Nub.*, 1355.

(2) *Nub.*, 1356.

(3) Schol. Arist. in *Vesp.*, 1222.

(4) *Nub.*, 1364 et seq.

(5) Scholiasta Aristoph. (*Nub.*, 1364) ait: « Ut ad myrtum Æschyli, ita Homeri carmina ad laurum caneabantur. » — « Μυροφίνης γὰρ κλάδον κατέχοντες ἥδον τὰ Αἰσχύλου, ὥσπερ τὰ Ὀμήρου μετὰ δάφνης. »

Theocritum Virgiliumque pastores cantu concer-  
tant. Ergo, quum cantilenæ, quas, ut pote  
communes, omnes convivas recitare necesse  
erat, finitæ essent (1), primus conviva a convi-  
vatore citharam et myrtum accipiens ex tempore  
carmen dicebat quod plerumque ad vitæ utili-  
tatem pertineret (2). Quum autem ὀλιγόστιχον (3)  
cantilenam finierat, citharam myrtumque cui  
convivarum vellet, ordine non servato, dabat.  
Qui citharam et ramum accipiebat, nisi vellet  
pro indocto haberi, quod quidem olim Themis-  
tocli accidit (4), idem argumentum tractabat,  
cujus tamen, servatis quantum fieri liceret nu-  
meris, et verba et sententias variabat. — Quod  
si ad citharam canere nesciret, ad myrtum ca-  
nebat, hoc est, aliquot notissimi cujusdam poetæ  
versus, aut unum ex vulgatissimis scoliis, myrti  
ramum manu tenens, recitabat.

Aliquando etiam convivator ab inclito poeta  
carmen rogabat, quod in cena caneretur, ut ex  
hoc Pindari loco liquet :

(1) Ita enim intelligenda sunt Artemonis verba (apud Athen. XV.  
694 B.) : τὸ δὲ τοιοῦτον ἥδετο, δπότε τὰ κοινὰ καὶ πᾶσιν  
ἀναγκαῖα τέλος λέθοιεν; quæ prave sic vertit Jac. Dalechampius :  
« Scolum quidem canebatur, quum eorum quæ omnibus communia  
et necessaria ministrata fuerant, jam finis esset. » — Cf. Schweigh.  
Athen., t. V, p. 535.

(2) Ath. XV. 694. B. C.

(3) Suidas, v. σχολίδιον.

(4) Cicer. Tusc. I, 2.

“Ω Θρασύδουλ’, ἐρατῶν ὅχημ’ ἀοιδῶν  
τοῦτό τοι πέμπω μεταδόρπιον · ἐν ἔυνῷ κεν εἴη συμπόταιον  
[τε γλυκερὸν  
καὶ Διονύσοιο καρπῷ καὶ κυλίκεσσιν Ἀθαναίαισι κέντρον (1).

O Thrasybule, amantium vehiculum cantionum  
hoc tibi mitto secundis mensis : congregatis utinam convivis  
[dulcis sit  
et Bacchi fructui et calicibus Atheniensibus stimulus.

Sed, ut ad propositum redeamus, quærenti  
cur convivalia carmina *Scolia* appellata fuerint,  
non absurdum videri debet nomen illud *scolii*,  
(hoc est *obliqui*, *tortuosi*) iis datum fuisse ob  
flexuosum citharæ et rami cursum, quum nulli  
convivarum, nisi peritissimo, canere liceret. —  
Ego tamen Ottfr. Müller (2) opinioni accedere  
malim, quum scribit ob modulationis licentiam  
et depravationem (3), quo facilius *Scolia* ex  
tempore canerentur, hæc carmina isto nomine  
appellata fuisse.

(1) Athen. XI. 480. C.

(2) Ottfr. Müller, Hist. de la Littérat. grecq., trad. par K. Hillebrand.  
— 2<sup>e</sup> édit. 1866. — Tom. II, p. 132.

(3) Cf. Eustath. (Odyss. VII, p. 4574. Edit. Rom.) « Σχολιὰ δὲ  
λέγεται... οὐχ ὅτι σχολιά εἰσι λόγῳ ψόγου, ἀλλὰ κατά τινα  
μελοποίias νόμον · δέ, οἶτα εἴκος, οὐ πρὸς εὐθὺς ἐμέλπετο  
ἀπλοϊκώτερον, ἀλλὰ ποικιλώς ἐσκολιοῦτο. »

§ III.

DE MYRTI RAMO, QUEM SCOLIORUM CANTORES MANU  
GESTABANT.

Qui Scolia in conviviis caneabant, ut ex Plutarcho, Aristoxeno, et Phyllide Musico discimus (1), manu *myrti* ramum gerebant. — Is autem ramus, inquit Scholiasta Aristophanis (2) aut *laureus*, aut *myrtleus* erat. Gestabatur laureus ramus in Apollinis musices præsidis honorem, cui laurus sacra arbor erat. Frequentius vero, ut appareat, Scoliorum cantores *myrtum* quam laurum manu tenebant. — Trypho grammaticus in libro de *Nominativis* (3), affirmat convivas, dum scolia caneabant, poculum φέρνει appellatum tenuisse. Legimus enim in *Duplicibus* Antiphanis (4):

— A. Quid igitur? an una pars erit Diis? — B. Ne una quidem, nisi quis misceat (vinum). — A. Tene odum. — B. Capio (eum).  
— A. Nec deinde aliiquid obsoletorum  
istorum profer, neque *Telamonem*, neque  
*Harmodium*.

(1) Vide Plutarch. (p. 8); Schol. Aristoph. (p. 11); et Suidam (p. 10).

(2) Schol. in *Vesp.* 1222.

(3) Athen. XI. p. 503. D.

(4) Athen, ibid. — Poet comic, græc, fragment, Ed, Didot, p. 366.

Non profecto omnis hic apparatus, citharam dico, myrtum, poculumque, simul cantaturo convivæ dabatur, ut inde per omnium manus curreret: citharam conjunctim cum myrto cantor accipiebat; poculum autem, ut verisimile est, illi qui scolian perite exceperat, veluti solertiæ prœmium, offerebatur (1).

Quod si quæritur hujus moris origo, quo myrtarum scoliorum cantores plerumque manu tenerent, ea repetenda nobis esse videtur ab Harmodii et Aristogitonis myrto, qua gladium condiderant (2).

#### § IV.

##### DE METRIS SCOLIORUM.

Magnopere quidem dolendum est nos amisisse Tyrannionis commentarios *de Metro scolio*, quos, suadente Caio Cæsare scripserat (3); nam tantummodo conjectura ducimur ad suspicandum quale illud metrum fuerit. Haud tamen absurdum puto contendere illius carminum generis proprios et peculiares, præsertim priscis ætatibus, numeros fuisse quibus, non minus quam sententiis, Scolia a cæteris cantiunculis distinguerentur.

(1) Cf. Ilgen, p. cl.


(2) Schol. Aristoph. in *Lysistr.* 632.

(3) Suidas v. σχολιόν. Ed. Kuster, t. III, p. 333.

Apud recentiores rem copiosissime tractavere Godof. Hermannus (1), Car. Dav. Ilgenius (2), nec non G. F. Grotfendus (3). Attamen doctissimi illi viri saepius inter se dissident; neque semel in eorum operibus eadem scolia non iisdem metris aut numeris stantes reperias. Quam litem non tentabimus dirimere, qui, ut plane fatebimur, legitimum sonum vix ægreque et digitis et aure callemus.

Satis igitur habebimus dicere scoliorum species diversas et multiformes Æliorum poetarum numeris generaliter respondere, nisi quod in stropha cursus primum abrumpitur, mox autem præcipiti quodam impetu fit incitator.

Numerum, verbi gratia, introspiciamus qui antiquissimis in scoliis saepissime occurrit:



Παλλὰς Τριτογένει', ἄνασσ' Ἀθηνᾶ,  
ὅρθου τήνδε πόλιν τε καὶ πολίτας,  
ἄτερ ἀλγέων καὶ στάσεων  
καὶ θανάτων ἀώρων, σύ τε καὶ πατήρ.

(1) De metris poetar. græc. et rom., lib. III, c. x, p. 413 et sqq.

(2) Σχολιά metris suis restituta. Ienæ, 1798.

(3) Viginti quatuor σχολιά... metris suis restituta.

Hendecasyllabi primum leniter et quasi oscitantes procedunt; sed ita tertio versui calcar admovent anapæsti ut jam vividiore impetu feratur numerus, qui tandem duplice logœdicorum ordine speciosissimum in modum libratur (1).

Nec semel in scoliis ab Athenæo servatis hic  
numerus reperitur :

— — | — c c — | — c c — | — c c — | c —

·Υπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος, ὃς ταῖρ', οὐ ποδύεται·  
εράζει, μή σε βάλη· τῷ δ' ἀφανεῖται πᾶς ἔπειται δόλος.

Hephaestio horum versuum metrum συποικὸν ἐκκαίδεκασύλλαβον appellat. Eodem metro usus est Horatius (Od. I, 11 et 18):

Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi, etc.

**Nullam, Vare, sacra vite prius, severis arborem, etc.**

et ante eum Catullus in carmine (ad Alphenum, XXX), cuius initium est :

*Alphene immemor atque unanimis false sodalibus, etc.*

(4) Cf. Ottf. Müller, II, 432 et seqq.

§ V.

QUI FUERINT PRÆCIPUI SCOLIORUM SCRIPTORES?

Nunc vero notissimos scoliorum scriptores re-  
censemus.

Si gravissimo Pindari a Plutarcho (1) laudati  
testimonio fidimus, Scolion carmen invenit *Ter-  
pander*. Illustris ille poeta, qui, lyram quatuor  
solummodo chordas habentem tribus novis ins-  
truens, multum arti musices addidit, incipiente  
septimo ante Christum natum sæculo florebat :  
palmam enim , ut auctor est Hellanicus (2),  
tulit, quum primum Lacedæmone Carnæa festa  
celebrata sunt, primo Olympiadis XXVI anno.  
Nobis, eheu! nihil reliquum est ex Terpandri  
scoliis. Si quid tamen ex rarioribus brevioribusque  
Terpandri versibus, qui ad nos pervenerunt,  
conjectare liceat, Terpander in scoliis Deorum  
laudes canebat. — Putat autem Ilgenius (3) scolia  
a Terpandro non inventa esse, sed in meliorem  
et gratiorem formam redacta. « Scoliis, ait, quæ  
ex more antiquo assa voce eaque parum modu-

(1) Plut. *de Musica*, p. 4134. B : "Ετι δὲ, καθάπερ Πίνδαρός  
φησι, τῶν σκολιῶν μελῶν Τέρπανδρος εύρετης ἦν.

(2) Apud Athen., XIII, 635. E.

(3) Ilgen., p. LXXXIII, — Cf. Ottfr. Müller, *Hist. de la litt. gr.*, t.  
II, p. 488.

lata, præcinente tantum cithara, recitarentur, cantum excogitavit (Terpander), cui cithara per omnia succineret. »

Alii celebres poetæ, scoliorum scriptores, quorum perpaucæ reliquiæ tempus edax vice-runt, sunt, ordine temporum, quantum licet, servato :

— *Alcæus*, Mitylenæus ; circa Olymp. XLII (612 ant. Chr.) florebat (1).

— *Anacreon*, Teius ; florebat circa Olymp. LXII (532 a. C.) (2).

— *Simonides*, Ceus, natus Olymp. LVI (556 a. C.), mortuus Olymp. LXXVIII (468 a. C.) (3).

— *Pindarus*, Thebanus, natūs Olymp. LXIV, 4, (521 a. C.), mortuus Olymp. LXXXII, 1, (452 a. C.) (4).

— *Timocreon*, Rhodius ; circa Olymp. LXXVII (472 a. C.) florebat (5).

— *Praxilla*, Sicyonia ; circa Olymp. LXXXII (452 a. C.) florebat (6).

— *Aristoteles*, Stagirita, natus Olymp. XCIX, 1, (384 a. C.), mortuus Olymp. CXIV, 3, (322, a. C.) (7).

(1) Aristoph. in frag. *Convivantium*. Athen. XV, 693. F.

(2) *Ibid.*

(3) Clem. Alex. *Strom.* IV, 375. — Schol. Platon. in *Gorg.* 451. E.

(4) Athen. X, p. 427. E. ; XIII, p. 573. F.

(5) Schol. Aristoph. *Ran.* 1337. — Ach. 532.

(6) Schol. Aristoph. *Vesp.* 1277. — Eustath. *Il.* 326, 36.

(7) Athen. XV, p. 696. B. — Inter scoliorum scriptores, quorum nomen etiamque novimus, annumerare licet Seleucum quemdam,

Exstiterunt alii poetæ, quorum quidem scolia, aut saltem aliquot versus habemus; sed quo loco aut quo tempore vixerint ignoramus.

— *Callistratus* scilicet, qui, auctore Hesychio, celeberrimum Harmodii carmen composuit. Ut verisimile est, ille poeta Atheniensis erat, et multo post, ut infra (1) videbimus, Pisistratidarum eversionem florebat.

— *Hybrias*, Cretensis, cuius et nomen et scolian servavit Athenæus (2).

— *Clitagora*, quam Aristophanis scholiastæ modo Thessalicam (3), modo Laconicam (4) poetriam appellant.

Denique nos docet Aristophanes (5) Meletum istum, infestissimum Socratis accusatorem, scolia in lucem edidisse, quorum ne unum quidem versum possidemus.

Satis sit in præsens poetarum nomina enumerasse qui scolia scripserunt; jam illa carmina in classes dividenda sunt.

hilarium carminum poetam, qui vixit paulo post Antiochi Magni mortem, Olymp. CXLVIII (187 a. C.). — Cf. Athen. XV, p. 697. D.

(1) Pag. 25 et seq.

(2) Athen. XV, p. 695. F.

(3) Schol. Aristoph. in *Vesp.* 1245.

(4) Schol. Aristoph. in *Lysist.* 1237.

(5) Aristoph. *Ran.* 1302.

§ VI.

SCOLIA MAXIME POPULARIA : 1<sup>o</sup> HARMODII ET ARISTOGITONIS ; — 2<sup>o</sup> ADMETI ; — 3<sup>o</sup> TELAMONIS.

Omnium scoliorum quæ integra, aut quorum reliquias grammatici servavere, tria sunt, quæ separatim et ante alia collocari debent, quippe quæ multi auctores, ut maxime popularia, laudaverint. Ea sunt : *Harmodii*, *Admeti* et *Telamonis* scolia.

Antiphapis comici ætate (1), adeo convivarum aures Harmodii et Telamonis carminibus tunsæ erant, ut persona quædam (2) amicum dehortetur, ne obsoleta Harmodii et Telamonis scolia proferat. — His carminibus, quæ fere in omnibus conviviis caneabantur, addendum est, teste Aristophanis Scholiasta (3), Admeti melos.

A.) — De *Harmodii* scolio primum loquendum est, quod fere his verbis Athenæus (4) nobis servavit :

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,  
ῶσπερ Ἀριμόδιος κ' Ἀριστογείτων,

(1) Antiphanes natus est Olymp. XCIII (408 a. Ch.), mortuus autem Olymp. XCII (a. C. 332).

(2) Vide supra, p. 46.

(3) Schol. Aristoph. in *Ach.* 980.

(4) XV, p. 695. A et seq.

Ὄτε τὸν πύρων καπνέτην  
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐπιτηρεῖται.

Φιλέῳ' Ἀρμόδῃ, τῷ του τέθηκας,  
πήρας δ' ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι,  
ἵνα τερ πεδώντες Ἀχιλεὺς,  
Τυλεῖσθη τέ φασιν Διομήδεα (1).

Ἐν μύρτῳ χλεύῃ τὸ ξίφος φορήσω,  
ῶστερ Ἀρμόδιος κ' Ἀριστογείτων,  
ξιτὸν Ἀθηναῖς ἐν θυσίαις  
ἀνθράκων πύρων Ιππαρχον ἐκπεινέτην.

Ἄει σφῆν χλέος ἔσσεται καὶ τὸν αἴλον,  
εἰλέσθῃ Ἀρμόδιος κ' Ἀριστογείτων,  
ἵνα τὸν πύρων καπνέτην  
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐπιτηρεῖται.

---

In myrti fronde ensem feram,  
sicut Harmodius et Aristogiton,  
quum tyrannum occiderunt,  
æquarumque legum Athenas effecerunt compotes.

Carissime Harmodi, non utique periisti;  
aiunt vero te in Fortunatorum insulis vivere,  
ubi quidem pedibus velox Achilles est,  
Tydideisque ubi aiunt esse Diomedem.

In myrti fronde ensem feram,  
sicut Harmodius et Aristogiton,  
quum Palladis in sacris  
Hipparchum, virum tyrannum, occiderunt.

(1) Cf. Hesiod. *Op.* 164 et seq. — Pindar. *OI.* II. 423 et seq.; *Nem.* X. 44 et seq.

Semper illorum vivet gloria per terram;  
carissimi sunt Harmodius et Aristogiton,  
quia tyramnum occiderunt,  
æquarumque legum Athenas effecerunt compotes (1).

Non mirum est tale carmen maxime populare,  
in primis Athenis, brevi evasisse (2). Attamen  
vix intelligimus cur non melius hujus scolii auctor  
notus sit, cui *Callistrato* nomen fuisse solo  
Hesychii testimonio scimus. Pro certo tamen

(1) Fortasse, Aristophanis ætate, quinta carminis illius stropha ca-  
nebatur. Etenim, ut pag. 10 et 44, jam vidimus, Bdelycleo scire cupiens  
an pater scolia perite excipiat, initia scoliorum canit, quibus Philocleo  
statim, sensum in ridiculum detorquendo, respondet. Sic (*Vesp.* v.  
1225) Bdelycleo : « Incino, inquit, prior Harmodii carmen : tu vero  
excipies : *Nullus unquam vir exstitit Athenis.* » Philocleo respondet :  
« *Non ita sane nebulo neque fur.* » Fritzschius (*Quæstt. Aristoph.* I,  
48 et seq.) perditæ, ut videtur, strophæ initium ita restituendum  
censem :

Οὐδεὶς πώποτ' ἀνὴρ ἔγεντ' Ἀθήναις  
οὐχ οὖτω γε [πόλει καλὸς πολίτης.]

Ilgenio (p. 59) assentiri non possum, qui, quia fere omnia scolia  
μονόστροφα sunt, tertiam et quartam scolii Harmodii et Aristogitonis  
strophas primæ strophæ, vel, ut ait, primi scolii (ἐν μύρτου κλαδί)  
imitationes esse contendit, Callistratoque nihil præter secundam stro-  
pham (φλάταθ' Ἀρμάδι') attribuit. — Boissonadius in *Lyricorum*  
græcorum notulis, pag. 188 : « Critici plurimi quatuor esse scolia nec  
unius hominis esse crediderunt; quibus non libenter accedam. » —  
Cf. Schweigh. (*Animadv. in Ath.*, t. VIII, p. 270).

(2) Cicer. (*Tuscul.*, IV, 2) : « Gravissimus auctor in *Originibus*  
dixit Cato morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps,  
qui accubarent, canerent ad tibiam claram virorum laudes atque  
virtutes. » Cf. *Brut.* 49, et *Tuscul.*, I, 2.

habere debemus eum Atheniensem fuisse : quis enim, præter Atheniensem civem ita laudibus Harmodium et Aristogitonem extulisset ? Eum satis constat multo post Pisistratidarum tyrannidem vixisse. Quomodo enim, si imperante Hippia cecinisset, ita aberrasset a vero ut Harmodium et Aristogitonem tyrannidis eversores appellaret ? Jamdudum igitur tali in errore versabantur Athenienses, quum Callistratus celeberrimum Harmodii scolian composuit. Satis erit Harmodii et Aristogitonis historiam, Herodoto et Thucydide ducibus (1), narrare, ut appareat quomodo in communem errorem poeta lapsus sit.

Harmodius et Aristogiton ex antiqua gente Gephyræorum (2) oriundi erant. Prior, pulcherimus juvenis, alteri ea amicitia, imo eo amore quem Græci non repudiabant, conjunctus erat. Hipparchus Pisistrati filius, insano amore peritus, sibi Harmodium devincire, sed frustra, conatus est. Cognita Hipparchi libidine, Aristogiton, iræ impatiens, tyrannidem evertere statuit. Interea Hipparchus, cujus furorem Harmodii fastidia repulsaque exasperaverant, ipsius sororem gravissima contumelia affecit. Quippe virginem

(1) Herodot., V, 55-58. — Thuc., I, 20 ; VI, 54-59. — Cf. Aristot. *Polit.*, V, 89 ; Justin., II, 9. — Vid. : Egger (*Mém. de l'Acad. de Turin*, t. XXIII, sér. II, 1866).

(2) Gephyræi e Phœnices oriundi erant, ex illorum numero Phœnicum, qui cum Cadmo in Bœotiam venerunt (Herodot., V, 57).

invitavit ut in solemni pompa inter Canephóras, sicuti mos Athenis usitatus erat, stare. Quæ quum ad suas comites accesserat, expulsa est, veluti indigna quæ hoc sanctissimo munere funderetur.

Ista injuria indignabundi Harmodius et Aristogiton finem quam citissimum impotenti Pisistratidarum tyrannidi imponere magis ac magis decreverunt, suumque ad consilium aliquot delectos juvenes admiserunt. Magnorum Panathenæorum finem exspectavere, quo die cives in Acropolin ascendere, armati hasta et scuto, soliti erant. Nullo enim alio anni die concessum erat cives congregari armatos, adeo Atheniensibus tyranni diffidebant! Conjuratores igitur, non secus ac reliqui cives, hasta et scuto armati convenere, sed insuper pugiones, in myrtleis frondibus (1) occultos, gestantes. Harmodius et Aristogiton Pisistrati filios propria manu

(1) « Unde Harmodio et Aristogitoni myrtæ rami? Erant in pompa Panathenæorum θαλλοφόροι, sed hi oleaginos gestabant ramos. Hesychius: θαλλοφόρος, δ πομπεύων Ἀθήνησι καὶ ἐλαιάς κλαδῶν φέρων. Myrtæ rami adhibebantur ad sacrificia, ut discimus ex Aristoph. *Avib.* 43

καγοῦν δ' ἔχοντε καὶ χύτραν καὶ μυρίνας  
πλαγώμεθα, κ. τ. λ.

Cf. *Thesmoph.* 37, et *Vesp.* 861. Harmodius igitur et Aristogiton se iis adjunxerunt qui myrtleas frondes gerebant, quia his occultare poterant pugiones quos palam ferre nefas erat. Hastas et scuta tantum ferre licebat. » Ilgen, de Scoliis, p. 61.

occidendos suscepere, sociique promiserunt se vigilaturos ne mercenarii milites tyrannis auxiliarentur.

Quum festus dies advenit, Hippias cum satellibus extra portas in Ceramicō res ad pompam spectantes ornabat. Harmodius et Aristogiton accesserunt, pugiones occultos tenentes, ut consilium perficerent. Eodem momento mirati unum ex sociis familiariter cum Hippia colloquentem, ratique conjurationem patefactam esse, mori decrevere, non autem priusquam Hipparchum occidissent: quem extra portas urbis, prope sacellum Λεωνίδων vocatum, obviam habentes, extemplo percusserunt. Harmodius in loco statim a satellitibus cæditur. Aristogiton autem, facto multitudinis concursu, fuga in præsenti evasit: mox autem comprehensus in tormentis, conjuratorum nomina pertinaciter tacens, periit.

Nuntius citissime ad Hippiam in Ceramicū allatus est, insciis civibus, qui armati signum exspectabant ut ad Minervæ templum rite ordinati pergerent. Vultu ad dolorem dissimulandum composito, Hippias jubet eos aliquantisper deponere arma et paulo longius abscedere. Cives, Hipparchi cædem ignorantes, fidenter locum designatum petunt. Tum, Hippiae jussu, arma subtrahunt satellites, manusque suspectissimo cuique injiciunt, illis præsertim qui cum pugionibus deprehensi sunt.

Illa conjuratio Olymp. LXVI, 3 (514 a. Ch.)

erupit. Imperium, quod abhinc tredecim annis exercebat Hippias, tres adhuc annos servavit (1).

Postea, falsa temporum computatione, Athenienses, hos tres ultimos Hippiae tyrannidis annos omittentes, pro certo tenuerunt Harmodii et Aristogitonis conjuratione Pisistratidarum imperium eversum, Athenasque liberatas fuisse. Harmodius igitur et Aristogiton, ut libertatis recuperatores celebrati sunt. Illis statuae paulo post eversam tyrannidem positae, eorumque posteri tributorum munera immunes fuere. Præterea quum universo populo bene notum esset Hipparchum ab Harmodio et Aristogitone percussum fuisse, non mirum est eum, propter calamitatem in quam inciderat nobilitatum, tyrannidis famam apud posteros assumpsisse, Hippiam autem, natu majorem, et Pisistrati successorem, fere omissum fuisse et prætermisso silentio.

B.) — Scolion *Admeti* dictum celeberrimum quoque apud Græcos fuit; cuius initium est:

'Αδμήτου λόγον, ὃ ταῖρε, μαθῶν, τὸν ἀγαθὸν φίλει.  
τῶν δειλῶν δ' ἀπέκου, γνοὺς ἔτι δειλῶν ἀληγα χάρις (2).

Admeti historiam, o amice, doctus, viros bonos ama,  
a timidis abstine, non ignarus parvam timidorum esse gratiam.

(1) Plato (*Hipparch.*) εὶς (Ἱππάρχου) ἀποθανόντος, τρία  
ἔτη ἐτυραννεύθησαν Ἀθηναῖοι ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἰππίου. »

(2) Eustath. *Ili.* 326, 36; Aristoph. *Vesp.* 1277; Athen. XV, 695. C.

Quod scolian alii Alcæo, alii Sapponi, alii denique Praxillæ, Sicyoniæ poetriæ tribuerunt (1). Si Aristophanis Scholiastæ (2) fides adhibenda est, illud scolian Praxillæ restitui debet. Neminem fugit Alcestin Peliae filiarum pulcherrimam, Admeto, Pheretis filio, Phærarum, Thessaliæ urbis tyranno, nupsisse. Apollo, qui tunc temporis, Jovis jussu, armenta pascebat (3), Admetum tam mansuetum benevolumque herum expertus est, ut eum iræ Artemidis eripere statuerit, quum illa indigne tulit suum nomen in nuptiarum sacrificiis omissum fuisse. Admetus in eo erat, ut præmatura morte periret, quum Apollo assiduis precibus obtinuit ut Parcae eum vivere sinerent, si quis pro illo mori vellet. Ejus pater materqué, ne filius periret, mortis conditionem, licet ætate provecti, prorsus repudia- runt. Alcestis vero, amantissima et devotissima conjux, in mortem maxima cum voluptate, ut ita dicam, irruit, ut dilectus maritus viveret. Modo vita defuncta erat, quum Hercules, qui jampridem Admeti hospes et amicus erat, domum lamentis luctuque mæstissimam ingreditur. Vi et audacia fretus Alcestin inclemensi morti

(1) Eustath. (loc. cit.).

(2) Schol. ad Vesp. 1240 : « Τοῦτο οἱ μὲν Ἀλκαίου, οἱ δέ Σαπφοῦς, οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλ' ἐγ τοῖς Πραξίλλης φέρεται παροντοίς. »

(3) Cf. Apollodor., III, 115, 2, 19. Edit. 1555,

eripit, reducemque ad vitam tristissimo Admeto reddit (1).

Clarissimus hujus scolii sensus est : τοῖς ἀγαθοῖς enim poetria primum Alcestin, eximiam conjugem, dein Apollinem, hospitem gratissimum, Herculemque fidissimum amicum designat ; τοῖς δειλοῖς autem pater et mater Admeti notantur, qui turpi vitae amore pro filio se devovere noluerunt.

Admeti scolion ad myrtum cantatum fuisse auctor est Aristophanes (2). Cratinus autem in *Chironibus* (3), ait hoc carmen ad tibiam cantari solitum esse ; qua de re libentius Aristophani crederem ; illius enim Scholiasta ait (4) notissimum Admeti scolion eos convivas recitasse, qui ex improviso canere aut scolia perite excipere non possent. Suidas quoque (5) hoc scolion ait unum esse ex usitatissimis facillimisque. Parva tamen fides Suidae debetur : quippe qui modo dicat Admeti atque Harmodii scolia esse inter facilia (Ἄδμήτου μέλος καὶ Ἀρμόδιου ἐπὶ τῶν ρᾳδίων καὶ εὐκάλων), modo Harmodii carmen inter difficilia annumeret (Ἀρμόδιου μέλος ἐπὶ τῶν δυσκόλων τὰ γὰρ εἰς Ἀρμόδιον μέλη τοιαῦτά ἔστιν). Sed quamvis secum pugnet Suidas, si eumdem auctorem (verbo Ἄδμήτου)

(1) Vid. Euripid. *Alcestin.*

(2) In *Pelargis*, seu *Ciconiis*.

(3) Schol. Aristoph. in *Vesp.* 1239.

(4) Id., ibid.

(5) Suidas, v. Ἄδμήτου μέλος.

cum Aristophanis Scholiasta conferas, pro certo habebis Admeti scolian vel ab imperitissimis convivis cantatum fuisse (1).

C.) — Hujus modi *Telamonis* scolian erat. Nonne enim vidimus (2) unam ex Antiphanis personis hoc carmen velut obsoletissimum respuentem?

Illud alternatim convivas cecinusse refert Theopompus comicus, in incerta quadam fabula:

Deinde potabamus,  
Accumbentes mollissime in triclinio.  
Telamonis melos alternatim canentes.

Μετὰ ταῦτ' ἐπίγομεν,  
κατσκείμενοι μαλακώτατ' ἐπὶ τρικλινίῳ,  
Τελαμῶνος ὑμνίζοντες (3) ἀλλήλως μέλος (4).

(1) Praxillæ scoliois annumeranda videtur Adonidæ cantilena, qui ita ridiculus a poetria depictus est, ut ejus stoliditas in proverbium cesserit. Aiebant enim: *Ineptior Praxilla Adonide*. Neque immerito. Πράξιλλα γάρ ή Σικυωνία μελοποιὸς (ώς φησὶ Πολέμων, Zenob. IV. 21.) ἐν τοῖς ὅμνοις (ἐν τοῖς μέλεσιν, Zenob.) εἰσάγει τὸν "Ἄδωνιν ἔρωτώμενον ὑπὸ τῶν καταχθονίων τί κάλλιστον καταλιπὼν ἐλήλυθεν, ἐκεῖνον δέ λέγοντα οὕτως.

Κάλλιστον μὲν ἐγὼ λείπω φάσος ἡελίοιο,  
δεύτερον ἀστρα φαεινὰ σεληναῖης τε πρόσωπον  
ἡδὲ καὶ ωραίους σικύους καὶ μῆλα καὶ ὅγχας.

(Provv. Coislin. 248).

(2) Pag. 16.

(3) Correxit Bothe (Poet. comic. græc. fragm., p. 314) οἱμώζοντες in ὑμνίζοντες.

(4) Athen. I, 23. E.

Hoc scolian ita apud Athenæum (1) legitur :

Παῖ Τελαμῶνος Αἴαν αἰχμητὰ, λέγουσί σε  
ἔς Τροίαν ἄριστον ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα·  
τὸν Τελαμῶνα πρῶτον, Αἴαντα δὲ δεύτερον  
ἔς Τροίαν λέγουσιν ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα (2).

Fili Telamonis , Ajax bellator , aiunt te  
Trojam ivisse optimum Græcorum post Achillem.  
Telamonem primum , Ajacemque secundum  
Trojam aiunt ivisse Græcorum post Achillem.

Plane ignoro quibus in codicibus *Telamonis*  
scolion J. Dalechampius , Athenæi interpres ,  
legerit : quidquid id est , vetus hoc carmen ita  
latine vertit :

Telamone sate , Ajax bellicose , Telamonem  
aiunt patrem tuum Trojam perrexisse post Herculem  
Græcorum omnium strenuissimum , te vero post  
illum omnium pugnacissimum , Achille dempto (3).

Fateor hac in translatione magis quam in  
Græcis versibus sensum perspicuum esse. Ut  
Herculi Telamo , ita Achilli Ajax opponitur.

(1) *Athen.* XV, 695. C.

(2) Cf. *Hom. Il.* B. 768 :

Ἄνδρῶν δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας,  
δόρρ' Ἀχιλεὺς μῆγιεν · δὲ γὰρ πολὺ φέρτατος ἦεν.

Vide infra , Alcæi fragm.

(3) Cf. Schweigh. *Animadv.* in *Ath.*, t. VIII, p. 273 et sqq.

Telamo enim arctissima cum Hercule amicitia celeberrimus evasit, quem ad Trojam comitatus est. Hercules Telamoni Hesionem, Laomedontis filiam, uxorem dedit, quia murum primus, concendisset (1). Telamo autem in Troja Herculi Callinico aram erexit, eumque adversus Meropas, heroemque Alcyoneum adjuvit. Salaminis rex factus post Cychræi mortem, Telamo, ætate confectus, duos filios Teucrum Ajacemque ad Trojam, duce Agamemnōne, misit.

J. Dalechampius in sua scolii interpretatione, apertissime quidem ostendit quam honesta æmulatione Hercules et Telamo, Achilles et Ajax simul ad immortalitatem tenderent. Sed quam longe deflexit a sensu versuum quos apud Athenæum legimus ! Ut verisimile est, quatuor istis versibus sensus vulgatissimi distichi bis exprimitur, quod nullo discrimine, prout cuique convivarum id placebat, hoc aut illo modo canebant (2).

Non in honorem Telamonis hæc cantilena recitabatur, sed in solius Ajacis laudem : idque scolion *Telamonis*, non autem *Ajacis* vocatur, quia Telamonis nomine incipit, non secus ac carmen quo ignavi Admeti parentes notantur, laudaturque devotio Alcestidis, ob eam solummodo causam *Admeti* scolion appellatur, quod Admeti nomen primum carminis verbum est.

(1) Apollod. *Biblioth.*, II, 74, 2, 4. Edit. 1555.

(2) Cf. Ilgen., p. 76 et 79.

Ea sunt tria scolia quæ apud Græcos maxime popularia fuere : quorum præcipuum , ut vidimus , *Harmodii* carmen est. Edax quidem tempus, non autem cæcum appellare debemus , quum illud carmen fere integrum nobis servaverit, quo , vel mediis in epulis, libertatis amor, tyrannorumque odium accenderetur.

§ VII.

SCOLIA IN HONOREM DEORUM.

Plutarchus in *Quæstionibus Convivialibus* (1) , ut supra vidimus (2) , ait « convivas primum una omnes voce carmina in modum Paeanum , ut Deorum laudes celebrarent, canere solitos esse. » Unum tamen nobis notandum est. Paeanibus scilicet immiscebatur παιανικὸν ἐπίρρημα (3) , id est acclamatio Ἡ Παιὰν (4) , quam nunquam in scoliis quæ in honorem Deorum cantata fuere , reperire est.

Hujusce modi esse videntur cantilenæ quas

(1) I , 5.

(2) P. 8.

(3) Athen., XV, 696. E.

(4) Cf. Homer. Il., I, 470 :

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῆ Өεὸν Ἰλάσκοντο ,  
καλὸν δεῖδοντες παιήνοντα , κοῦροι Ἀχαιῶν ,  
μέλποντες Ἐκάεργον.

apud Athenæum legimus. Quibus autem in tem-  
poribus primum cantata fuerint, nescimus.

**A.)** — Παλλὰς Τριτογένει', ἄνασσ' Ἀθηνᾶ,  
ὅρθου τήνδε πόλιν τε καὶ πολίτας,  
ἄτερ ἀλγέων καὶ στάσεων  
καὶ θανάτων ἀώρων, σύ τε καὶ πατήρ (1).

Pallas Tritonia, regina Minerva,  
guberna hanc civitatem, hosque cives,  
absque doloribus seditionibusque  
et funeribus immaturis, tuque et pater.

**B.)** — Πλούτου (2) μητέρ', Ὁλυμπίαν ἀείδω  
Δῆμητρα, στεφανηφόροις ἐν ὥραις,  
οὐ τε, παῖ Διὸς, Περσεφόνη,  
χαίρετὸν, εὖ δὲ τάνδ' ἀμφέπετον πόλιν (3).

Pluti matrem, Olympiam cano  
Cererem, coronigeris in horis,  
teque, filia Jovis, Persephone,  
ambae salvete, recteque hanc fovete civitatem.

**C.)** — Ἐν Δήλῳ ποτ' ἔτικτε τέκνα Λατῶ,  
Φοῖδον χρυσοκόμαν, ἄνακτ' Ἀπόλλων',  
ἔλαφηβόλον τ' ἀγροτέραν  
Ἄρτεμιν, δὲ γυναικῶν μέγ' ἔχει κράτος (4).

(1) Athen., XV, 694. C.

(2) De Pluto, Cereris filio, vid. Hesiod. *Theog.*, 969; — Hom. *Odyss.* ε. 125.

(3) Athen., *loc. cit.*

(4) Strabon. XIII, 930. A.

In Delo olim peperit liberos Latona  
Phœbum auricomum , regem Apollinem ,  
cervorumque jaculatoriem , venatricem  
Artemin, quæ mulierum magnum habet principatum.

D.) — Huc Pindari versus in honorem Jovis  
afferre licet :

Κεινῷ μὲν Αἴτνα δεσμὸς ὑπερφίαλος  
ἀμφικεῖται. . . . .  
ἄλλ' οἶος ἀπλατὸν κερδίζεις θεῶν  
Τυφῶν' ἔχατον τακάρανον ἀνάγκῃ, Ζεῦ πάτερ,  
εἰν Ἀρίμοις ποτέ. . . . . (1).

Illi Αἴτνα (velut) vinculum fortissimum  
circundatur. . . . .  
Solus Deorum horrendum domuisti  
Typhonem centicipitem necessitate, Jupiter,  
In Arimis olim. . . . .

### § VIII.

#### SCOLIA MORALIA , SEU Βιωφελῆ.

Inter antiquissima scolia ea numeranda sunt,  
quæ ad vitæ utilitatem pertinent. « Tum enim ,  
ait Athenæus (2), decorum censebant sapientem

(1) Julian. *Epistol. XXIV*, 395. — Arimi, urbs Lydiæ , vel Ciliciæ ,  
aut Syriæ , aut etiam Mysiæ . Vid. Strabon , loc. cit.

(2) Athen. XV , 694. BC.

quemque lepidam cantionem in medium proferre. Elegantem vero cantilenam putabant, quæ exhortationem quamdam complecteretur, aut egregiam sententiam, utilem vitæ hominum. » Eustathius quoque (1) multa scolia seria fuisse ait, « πολλὰ σπουδαῖα » (2).

Quod si putandum est Sapientum dicta brevi in cantiones versa fuisse, non ideo a Sapientibus conditos esse credere debemus eos populares versiculos, in modum scoliorum, quos Diogenes Laertius Thaleti, Soloni, Chiloni, Pittaco, Biantique assignat, quibusque hujuscemodi sententiam præfigere solitus est : « Ex cantatis ejus dictis hæc maxime probantur. » « Τῶν δὲ φδομένων αὐτοῦ μάλιστα εἰδοχίμηνε τάξε. » Omnes hi versiculi, ut optime notat Ottfr. Müllerus (3), si linguam metrumque perpendis, ad idem exemplar facti sunt, ita ut credendum esset inter septem Sapientes convenisse, ut quisque iis modis numerisque componeret, qui solummodo Æschyli Sophoclisque ætate usitati sunt. Attamen, licet hi versiculi Græciæ Sapientibus non assignandi sint, quasi pro certo ponere possumus vulgatissima veterum Sapientum dicta in modum scoliorum circa Æschyli aut Sophoclis ætatem conversa fuisse.

(1) *Odyss.* VII, p. 1574. Edit. Rom.

(2) Cf. Aristoxenum Phyllidemque Musicum, apud Suidam, verbo σκολιῶν.

(3) *Hist. de la Litt. gr.*, trad, par K. Hillebrand, 2<sup>e</sup> édit., t. II, 433.

Ea scolia hisce verbis refert Diogenes Laertius:

(THALETIS) Οὐ τι τὰ πολλὰ ἔπη φρονίμην ἀπεφήγατο δόξαν·  
ἔν τι μάτευε σοφόν,  
ἔν τι κεδνὸν αἴροι·  
θύσεις γὰρ ἄνδρῶν κωπιῶν γλώσσας ἀπεραν-  
[τολόγους (1)].

Multa verba minime prudentem monstrant mentem:  
unum aliquid quare sapiens,  
unum aliquid bonum lege:  
obstrues sic hominum loquacium linguis omniloquas.

(SOLONIS) Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἔκαστον, δρα  
μὴ κρυπτὸν ἔχοις ἔχων κραδίη,  
φαιδρῷ προσενέπῃ προσώπῳ,  
γλώσσα δὲ οὐ διχρόμυθος  
ἐκ μελανῆς φρενὸς γεγωνῇ (2).

Speculans virum quemque, vide  
ne latens odium foveat pectore,  
amico loquatur vultu,  
et lingua duplex  
ex atro animo loquatur.

(CHILONIS) Ἐν λιθίναις ἀκόναις  
δ χρυσὸς ἔξετάζεται, διδοὺς δάσσανον φανεράν·  
ἐν χρυσῷ δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε  
νοῦς ἔδωκ' ἔλεγχον (3).

(1) Diog. L. I, 4, 35.

(2) Id., I, 2, 61.

(3) Id., I, 3, 71. — Cf. Theog., 418.

Lapideis cotibus  
aurum examinatur, dans apertum sui documentum :  
auro autem hominum bonorum malorumque  
mens comprobatur.

(PITTACI) Ἐχοντα χρὴ τέξα καὶ ιοδόκον φαρέτρην  
στείχειν ποτὶ φῶτα κακόν·  
πιστὸν γάρ οὐδὲν γλῶσσα διὰ στόματος  
λαλεῖ διχόθυμον ἔχουσα  
κραδίη νόημα (1).

Habere te oportet arcum sagittiferamque pharetram  
ut adeas malum virum.  
Fidum enim nihil lingua per ora  
serit, duplices habens  
in pectore mentes.

(BIANTIS) Αστοιστιν ἔρεσκε πᾶσιν,  
ἐν πόλει \* αἴκε μένης·  
πλείσταν γάρ ἔχει χάριν·  
αὐθάδης δε τρόπος  
πολλάκι βλαβερὰν  
ἔξέλαψεν ἄταν (2).

Civibus placere omnibus stude  
in quacumque urbe moraris;  
plurimum enim gratiae hoc habet:  
verum animi insolentia  
sæpius in gravem  
erumpit cladem.

Multa scolia, ut videtur, condita et in epulis

(1) Diog. L. I, 4, 78.

(2) Id., I, 5, 85.

cantata fuere, quæ septem Sapientum apophthegmata imitaréntur. Nonnulla apud Athenæum reperimus, quorum auctores plane ignoramus.

**A.)** — Εἴθ' ἐξῆγη δόποιός τις ἦν ἔκαστος  
τὸ στῆθος διελόντ', ἔπειτα τὸν νοῦν  
ἐσιδόντα, κλείσαντα πάλιν,  
ἄνδρα φίλον νομίζειν ἀδόλωφ φρενί (1).

Utinam liceret qualis esset quisque [videre],  
sciso ejus pectore, animoque  
perspecto; [utinam liceret] pectus rursum claudere  
et virum amicum sincera mente æstimare.

**B.)** — Ἐκ γῆς \*\* χρὴ κατιδεῖν πλόσον,  
εἴ τις δύναιτο καὶ παλάμην ἔχοι.  
ἐπεὶ δὲ κ' ἐν πόντῳ γένηται,  
τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη (2).

E terra... oportet prospicere navigationem,  
si quis vires et facultatem habeat;  
ast ubi in alto fueris,  
(vento) præsenti te currere necesse est.

Illud scolian, ut primus omnium notavit Is. Casaubonus (3), idem sonat atque hæc Pittaci sententia (4): « Prudentium virorum est, priusquam adversa eveniant, prævidere ne eveniant;

(1) Ath., XV, 694. D.

(2) Id., ibid., 695. A.

(3) *Animadv. in Athen.*, XV, 45.

(4) Diog. L. I, 4, 78.

fortium vero, quum evenissent, recte componere. »  
« συνετῶν (ἐστὶν) ἀνδρῶν, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοήσαι  
ὅπως μὴ γένηται · ἀνδρείων δὲ γενόμενα εὖ θέσθαι (1). »  
Eamdem fere sententiam apud Horatium (2) le-  
gimus :

.... Tu, dum tua navis in alto est,  
Hoc age ne mutata retrorsum te ferat aura.

C.) — ‘Ο καρκίνος ὥδ’ ἔφα  
χαλᾶξ τὸν ὄφιν λαβών·  
« Εὔθυνν χρή τὸν ἐταῖρον ἔμμεν  
καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν (3). »

Cancer ita locutus est,  
quum chelis serpentem prehendisset :  
« Oportet amicum rectum esse,  
non autem obliqua (in animo) volvere. »

Hoc scolian, aut ego fallor, fabella quædam est  
cum affabulatione, qua vituperantur isti homines  
qui, obliquam gerentes mentem, alias fraudis  
insimulant (4).

(1) Hoc in scolian Ilgenius (p. 133) Pittaci sententiam redegit :

συνετῶν ἐστὶν αὐτῶν,  
πρὶν γένεσθαι τὰ δυσχερῆ,  
προνοήσ', ὅπως μὴ γένηται ·  
ἀνδρείων δὲ γενόμενα εὖ θέσθαι.

(2) *Epp.*, I, 48, 87. — Cf. *Plaut.*, *Epidic.*, 47.

(3) *Ath.*, XV, 695. A.

(4) Cf. *Æsop.*, fab. 205. — *Aphton.*, XI. — *La Fontaine*, XII, 10 :  
*L'Écrevisse et sa Fille*.

**D.)** — ‘Υπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος, ὃ ταῖρ’, ὑποδύεται· φράζει, μή σε δάλη· τῷ δ’ ἀφανεῖ πᾶς ἔπειται δόλος (1).

Sub quemvis lapidem scorpius, o sodalis, subrepit,  
cave ne te feriat : in obscuro fraus omnis latet.

Fere idem Praxilla in scolio , ab Aristophanis Scholiasta (2) laudato , cecinit :

Sub quovis lapide scorpium , o sodalis , cave.

ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίον, ὃ ταῖρε, φυλάσσεο (3).

**E.)** — Illud denique ἀδέσποτον scolion afferemus, cuius auctor existimare videtur verum amicum rarissimam avem esse :

“Οστις ἄνδρα φίλον μὴ προδίδωσιν, μεγάλην ἔχει τιμὴν ἐν τε δροτοῖς ἐν τε θεοῖσιν, κατ’ ἐμὸν νόον (4).

Qui virum amicum non prodit, magnum habet  
preium et apud mortales, et apud Deos, mea quidem  
[sententia.]

Non quivis ignotus poeta , veterum Sapientum dicta imitatus, scolia ἑιωφελῆ scripsit : celeberrimi quoque auctores istiusmodi carmina compo-  
suere..

(1) Athen., XV, 695. D.

(2) Schol. Aristoph. *Thesmoph.*, 528.

(3) Cf. Aelian. H. A., XV, 26.

(4) Athen., XV, 695. F.

F.) — Cecinit enim Alcæus :

Ὥς γὰρ δὴ ποτέ φασιν Ἀριστόδαμον  
ἐν Σπάρτᾳ λόγον οὐκ ἀπάλαμνον εἰπεῖν,  
Χρήματα, χρήματ' ἀνὴρ, πενιχρὸς δ' οὐ —  
δεῖς πέλετ' ἐσλὸς (οὐδὲ τίμιος) (1).

Ut enim quondam aiunt Aristodemum  
apud Spartam sermonem non ineptum protulisse :  
Pecunia, pecunia, vir ! pauper autem nullus  
strenuus (neque in pretio ).

Hunc Aristodemum novimus ab Hermippo (2)  
inter viros Græciæ sapientissimos numeratum,  
quum ab Argivis tripode , virtutis pretio , ut  
Sapientum princeps , donatus fuisse , munus  
illud Chiloni concessisse.

G.) — Sequenti scolio Simonides indicare vo-  
luit quæ bona potissimum in vita appetenda sint :

Ὕγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ ,  
δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γένεσθαι .  
τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως ,  
καὶ τὸ τέταρτον ἥβᾶν μετὰ τῶν φίλων (3).

Bene valere optimum est homini mortali ;  
secundum formosum facie nasci ;  
tertium ditari sine fraude ;  
quartum vero florere cum amicis.

(1) Schol. Pind. *Isthm.* II, 47 ; — Diog. L. I, 4, 31. — Cf. Hesiod.  
*Opp.* 686.

(2) Diog. L. I, 4, 30 et seq.

(3) Clem. Al. *Stromm.* IV, 375 ; — Schol. Plat. *Gorg.* 454. E ; —  
Athen, XV. 694. E.

Notissimum hoc carmen apud Græcos fuit : ait enim Plato, in *Gorgia* (1) : « Puto te audivisse in conviviis homines illud scolian canentes... »

Mediæ comœdiæ poeta, Anaxandrides (2), non idem plane atque Simonides sentit ; dixit enim in *Thesauro* (3) :

« Qui scolian excogitavit, ille, quisquis fuit,  
sanitatem quidem primo loco, quia optima sit,  
nominavit recte ; secundo autem venustatem,  
tertioque divitias. Ita locutus, vides, insaniebat ;  
nam post sanitatem opes præcellunt,  
pulcher autem vir esuriens turpe animal est. »

III.) — Timocreon Rhodius (4), in primis famosis versibus notus, quibus Themistoclem Simoni demque Ceum arrosit, scolian de divitiarum contemptu fecit, quod, ut ait Isidorus Pelusiota (5), frequentissime in conviviis usurpabatur :

(1) *Gorg.* c. vii.

(2) Circa Olymp. Cl. (653 a. Ch.) florebat, ex marmore Arundel epoch. 34.

(3) Athen. XV. 694. E. — Poet. comic. græc. fragm. Ed. Didot, p. 421. — Cf. Philemon. fragm. LXVIII (ex Lucian., *Pro lapsu inter salut.*, c. vi).

”Αἰτω δ' ὑγίειαν πρῶτον, εἴτ' εὐπραξίαν,  
τρίτον δὲ χαίρειν, εἴτ' δρεῖλειν μηδενί.

(4) Hujus athletæ poetæ tumulo carmen inscriptum est :

Πολλὰ πιῶν, καὶ πολλὰ φαγῶν, καὶ πολλὰ κακ' εἰπῶν  
ἀνθρώποις, κεῖμαι Τιμοκρέων Ρόδιος.

(Athen., X, 415. F.)

(5) *Epp.*, II, 146 : « Ἐθος ήν παλαιὸν μετὰ τὴν συνεστίασιν

”Ωφελέν σ’, ὁ τυφλὸς Πλοῦτε, μήτε γῆ, μήτ’ ἐν θαλάσσῃ, μήτ’  
[ἐν ἡπείρῳ φανῆναι,  
ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναὶν κακέροντα · διὰ τὸ γὰρ πάντ’ ἔστ’ ἐν  
[ἀνθρώποις κακά (1).

Oportuisset te, o cæce Plute, neque in terra neque in mari  
[neque in continenti apparere,  
in Tartaro autem habitare et in Acheronte : per te enim omnia  
[veniunt hominibus mala.

Ita pervulgatum, in primis apud Athenienses, hoc  
carmen erat, ut, teste Aristophanis Scholiasta (2),  
Pericles Timocreontis scolion iisdem fere verbis  
imitatus sit, quum decreto Megarensibus com-  
merciūm quodlibet terra marīe cum Athenien-  
sibus interdixit. Inde Aristophanes (3) Periclis  
decreto Timocreontisque scolio alludens : « Fe-  
rebat leges, inquit, ad scoliorum exemplum  
scriptas. »

« τίθει νόμους ὥσπερ σκολιὰ γεγραμμένους. »

1.) — Praxillæ scolion adversus fraudulentos  
istos homines, qui sese in tenebris occultant,  
ut te certius percutiant, supra (4) attulimus.

ἄπτεσθαι λύρας καὶ φένειν · Ἀπόλοιο, ὁ Πλοῦτε, καὶ μήτε ἐν  
γῇ φανεῖης, μήτε ἐν θαλάσσῃ. »

(1) Schol. Aristoph. *Acharn.*, 532.

(2) In *Acharn.*, 531.

(3) Aristoph. *Ach.*, 531.

(4) Pag. 48.

Eidém poetriæ, nisi fallor, consilium tribuendum est, quod in Aristophanis Scholiasta (1) legimus :

πάντα λίθον κίνει,

Omnem lapidem move.

Subaudi : « nam fieri potest ut serpens ibi lateat. »

J.) — Ex omnibus autem scoliis, quæ ad vitæ utilitatem spectant, pulcherrimum, dignissimumque ad quod animum attendamus, nonne carmen illud est, quod Aristoteles celeberrimus philosophus, idemque Alexandri Magni præceptor scripsit ? Hoc tamen scolion, ad Hermiam Atarnensem, amicum philosophi, proprie pertinens, nunquam, ut videtur, populare evasit. Ut ut est, nullum existit convivale carmen, in quo dignius nobiliusque Virtus celebretur. — His fere verbis Stagiritæ scolion Diogenes Laertius (2) Athénæusque (3) nobis tradidere :

Ἄρετὰ, πολύμοχθε γένει δροτείω,  
θήραμα κάλλιστον διώ,  
σᾶς πέρι, παρθένε, μορφᾶς  
καὶ θαυεῖν ζαλωτὸς ἐν Ἑλλάδι πότμος  
καὶ πόνους τλῆγαι μαλεροὺς ἀκάμαντας.  
τοῖον ἐπὶ φρένα δάλλεις

(1) In *Thesmoph.*, 529.

(2) Diog. L., V, 4, 7.

(3) Athen., XV, 696. B.

καρπόν τ' ἀθάνατον χρυσοῦ τε κρείσσω  
καὶ γονέων μαλακαυγήτοισθ' ὅπνου.  
σεῦ δ' ἔνεχ' οὐκ Δίος Ἡρακλέης Λήδας τε κοῦροι  
πόλλον ἀνέτλασαν ἔργοις  
σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν.  
σοῖς δὲ πόθοις Ἀχιλλεὺς  
Αἴας τ' Αἴδαο δόμους  
ἥλθον· σᾶς δ' ἔνεκεν φιλίου  
μορφᾶς καὶ Ἀταργέος ἐντροφος ἀελίου χήρωσεν αὐγάς.  
τοιγάροις ἀοιδιμος ἔργοις,  
ἀθάνατόν τέ μιν αὐξήσουσι Μοῦσαι  
Μνημοσύνας θύγατρες,  
Διὸς ξενίου σέβας αὔξουσαι φιλίας τε γέρας θεοῖσι.

Virtus laboriosissima generi mortalium,  
venatio pulcherrima vitæ,  
tuam ob formam, Virgo,  
vel mori optabilis in Hellade sors est,  
laboresque tolerare impigre gravissimos:  
talem animo injicis  
fructum et immortalem, et auro meliorem,  
et parentibus dulcique jucundiorum somno!  
Te propter, Jovis filius Hercules, Ledæque filii  
multa perpessi sunt, rebus gestis  
tuam insequentes potentiam.  
Tui desiderio Achilles  
Ajaxque Inferni domos  
petierunt: atque tuam ob gratissimam  
speciem Atarnei alumnus solis lumine privatus est.  
itaque inclitus fuit res ob gestas,  
immortalemque eum reddent Musæ  
Mnemosynes filiae,  
qua Jovis hospitis decus augent, et amicitiae firmæ  
[ præmia.

Hermias ille, cuius in honorem præclarissimum illud carmen composuit Aristoteles , Atarnensium (1) tyrannus erat. Qui apud Diogenem Laertium (2) eunuchus appellatur, licet Demetrius Magnes (3) referat filiam vel neptem ejus matrimonio Aristoteli junctam fuisse , et Aristippus (4) philosophum dicat Hermiae concubinam adamasse (5). Eunuchus igitur nihil aliud quam servum significat. Servus enim Hermias cuiusdam mensarii, Eubuli nomine, fuerat : quumque venisset Athenas , Platonem audivit et Aristotelem. Inde in patriam reversus , domino tyrannidem in Atarnenses et Assios (6) machinanti socium se præbuit ; post ei successit, accivitque Aristotelem et Xenocratem , eorumque curam habuit. At Memnon Rhodius , Persarum eo tempore administer atque dux , simulata amicitia , Hermiam ad se vocavit , sub nomine hospitii et simulatorum negotiorum , comprehensumque ad regem misit : ibi Hermias suspendio affectus

(1) Atagneus, opp. Æolidis ad Dikeli-Koi.—Vid. Larcher, *Mémoire sur Hermias*, Mém. de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres , tome XLVIII.

(2) V, 4 , 3.

(3) Ibid., in libris *de Poetis ac Scriptoribus cognominibus*.

(4) Ibid., in primo *de Antiquo Luxu* libro.

(5) Aristoteli filiam fratris nuptum dedit Hermias, si Straboni (XIII, I, 57) fides est.

(6) Assus, urbs Æolica, nunc Asso ruinæ, prope vicum Beriam-Kalesi.

periit ; philosophi autem evaserunt , fugientes e locis , quæ Persæ occupabant (1).

Notandum est ob illud carmen , quod Casaubonus (2) « opus aureolum » neque immerito , vocat , ut magno philosopho magnoque poeta dignum , Aristotelis inimicos ei negotium conflavisse. Legimus enim apud Athenæum (3) et Diogenem Laertium (4) a Demophilo et Eury medonte hierophanta , Aristotelem impietatis accusatum fuisse , utpote qui irreligiose egisset , paeanem in conviviis canendo. Negabant enim paeanem , Diis proprie dicatum , in honorem viri , vel amicissimi , cantari licere. Athenæus autem affirmit hoc carmen scolian esse , non paeanem , quum poeta Hermiam amicum ut morti subjectum designet , neque in carmine inveniatur acclamatio Ἡ Παιὰν in paeanibus usitatissima.

¶.) — Aristotelis scolio , quod sine causa paeanem Eurymedon vocabat , adjungemus Aiphronis Sicyonii carmen , quo *Sanitatem* celebrat. Illud quoque Athenæus (5) temere paeanem appellat ; carmini enim deest acclamatio Ἡ Παιὰν in paeanibus frequentissime immixta (6) ; cæterum , ut δπtme

(1) Vid. Strab., loc. cit. ; et Diod. Sic., XV, 33.

(2) *Aninadv. in Athen.*, XV, 16.

(3) *Athen.*, XV, 696. A.

(4) Favorinus in *Omnigena historia* , apud Diog., L. V, 4, 5.

(5) XV, 702. A.

(6) Vid. *Athen.*, XV, 696. E.

Ilgenius notat (1) « paeanic argumentum aut pre-cibus constabat pro avertenda aliqua calamitate, quæcumque erat, aut gratiis agendis pro præstito in re gravi et ardua auxilio, aut propitiæ voluntatis imploratione. » Eas certissimas notas, quibus paeanic a reliquis cantionum generibus potest diagnosci, ut in Aristotelis, ita in Ariphronis carmine minime invenimus.

Quis autem fuerit carminis hujus auctor, aut quo tempore vixerit, incertum est. Attamen ex Maximi Tyrii verbis (2) Ariphronem velustissimum poetam fuisse intelligimus; Lucianusque (3) carmen ita laudat: « Sententiosum illud et per ora omnium, » « γνωμικώτατον ἐκεῖνο καὶ πᾶσι διὰ στόματος. »

‘Υγίεια, πρεσβίστα μακάρων, μετὰ σεῦ ναίοιμι τὸ λειπόμενον  
διοτάς, σὺ δέ μοι πρόφρων σύνοικος εἴης·  
εἰ γάρ τις η̄ πλούτου χάρις η̄ τεκέων,  
η̄ τὰς ίσοδαίμονος ἀνθρώποις διασιληθίδος ἀρχᾶς,  
η̄ πόθων, οὓς κρυφοίσις Ἀφροδίτας ἀρκυσιν θηρεύομεν,  
η̄ εἴ τις ἄλλα θεόθεν ἀνθρώποισι τέρψις η̄ πόνων ἀμπνοὰ  
μετὰ σεϊο, μάκαρ’ ‘Υγίεια, [πέφανται,  
τέθαλε πάντα καὶ λάμπει Χαρίτων ἔσπ. ·  
σέθεν δὲ χωρίς οὔτις εὐδαίμων ἔσπ. (4).

(1) *De Scottiis*, p. cxv.

(2) *Diss.*, XIII, 1. « ἔδεται τὲ ἐξ ἀρχαίου ἐν εὐχῆς μέρει... »

(3) *Pro Lapsu inter salut.*, 6.

(4) *Athen.*, XV, 702. A. — Vid. Fabricium, *Biblioth. Græc.*, t. I, p. 574, et t. XIII, p. 463; Brunck, *Analect.*, t. I, p. 107.

Sanitas, præstes Cœlicolum, tecum sit mihi vivere, quod adhuc  
est vitæ; tuque mecum amica habites; [reliquum  
nam si qua divitiarum est gratia, si liberorum,  
si regalis honoris et potentiae, qua homines Superis pares  
[redduntur;  
si amorum, quos occultis Veneris laqueis carpinus;  
si qua alia viris a Deo voluptas aut malorum requies mittitur,  
tecum, alma Sanitas,  
florent cuncta, et nitet Charitum ver;  
te sine nemo beatus est (1).

(1) Ilgenii vestigius insistens, non hic omittam aliquot Archilochi  
fragmenta, quæ inter scolia Ἐωθελῆ collocavit.

Toῖς θεοῖς τίθει τὰ πάντα • πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν  
ἀνδρας δρθεῖσιν μελαίνη κειμένους ἐπὶ χθονί.  
πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι, καὶ μάλ' εὖ ἔβηκότας  
ὑπτίους κλίνουσ' • ἔπειτα πολλὰ γίνεται κκκὰ,  
καὶ δίου χρήμη πλανᾶται, καὶ νόου παρῆρος (\*).

Divis permitte cuncta : sepe e malis  
viros erigunt in atro jacentes pulvere ;  
sepe dejiciunt, et bene firmiterque stantes  
resupinos prostrant : dein plura veniunt mala,  
et [miser] virtus egens errat, consiliique inops.

Χρημάτων ἄελπτον οὐδέν εστιν, οὐδ' ἀπώμοτον,  
οὐδὲ θαυμάσιον • ἐπειδὴ Ζὺς πατὴρ Ὁλυμπίων  
ἐκ μεσημβρίας ἔθηκε νύκτ', ἀποκρύψας φάσις  
‘ηλίου λάμποντος • λυγρὸν δ' ἥλιθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος.  
Ἐκ δὲ τοῦ καὶ πιστὰ πάντα κάπιέλπτα γίνεται  
ἀνδράσιν • μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν εἰσορῶν θαυμαζέτω,

(\*) Stob, Floril. CV. 24. Cf. Horat. Od. I, 9, 9 : Permitte divis calera  
etc. et Od. I, 34, 12 : Valet ima summis — mutare et insignem attenuat  
deus — obscura promens etc.

§ IX.

SCOLIA AD HISTORIAM GRÆCORUM PERTINENTIA.

Ex scoliis, quæ apud Græcos in conviviis can-

μηδ' ἔὰν δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψονται νομὸν  
εἰνάλιον, καὶ σφι θαλάσσης ἡχήντα κύματα  
φῖλτερ' ἡπείρου γένηται, τοῖσι δ' ἥδυ ἦν ὄρος (\*).

Nihil supra spem positum est, nihil quod futurum neges,  
nihil mirandum : quum Jupiter Cœlitum parens  
in ipso meridie, noctem excivit, condens lucem  
solis radiantis : tristis venit hominibus metus.  
Ex quo et credi omnia et sperari possunt  
hominibus : nemo amplius vestrum videns miretur  
vel si cum delphinis ferre mutant sedes  
marinas, hisque ponti sonantes fluctus  
jucundiores terra fiant, illis autem dulces sint montes.

Θυμὲ, θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσι κυκώμενε,  
ἄνεχε, δυσμενῶν δ' ἀλέξευ προσθαλῶν ἐναντίον  
στέργον, ἐν δοκοῖσιν ἐγχρῶν πλησίον κατασταθεὶς  
ἀσφαλέως · καὶ μήτε νικῶν ἀμφάδην ἀγάλλεο  
μηδὲ νικηθεὶς ἐν οἴκῳ καταπεσὼν δδύρεο.  
Ἄλλὰ χαροῖσιν τε χαῖρε καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα  
μὴ λίην · γίγνωσκε δ' οἵσις δυθμὸς ἀνθρώπους ἔχει (\*\*).

Anime, anime, immensis malis turbate,  
resiste, hostes submove opponens obvium  
pectus, inter hastas hostium proprius stans

(\*) Stob. *Flor.* ClX. περὶ ἐλπίδος. Cf. Horat. *Od.* I, 2, 7 ; *Ep.* XVI. 8.

(\*\*) Stob. *Flor.* XX. 28. Cf. Theogn. 665 : Μηδὲν ἄγαν χαλεποῖσιν  
κ. τ. λ. — Hor. *Od.* II, 3 : Εἴquam memento rebus in arduis — servare  
mentem etc.

tata fuere , ut bellici cujusdam facinoris ser-

firmiter ; si victor eris , ne palam glorieris ;  
si vicius , ne domi jacens lamentere ;  
sed in seculidis gaude , et in malis luge  
non nimium : scito quæ lex homines regat.

Οὐ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει ,  
οὐδὲ εἴλε πώ με ζῆλος , οὐδὲ ἀγαίομαι  
θεῶν ἔργα . μεγάλης δ’ οὐκ ἐρῶ τυραννίδος .  
ἀπόπτροθεν γάρ ἀστιν δρυθαλμῶν ἐμῶν (\*).

Non mihi Gygæ auro diffuentis divitiae curæ sunt ,  
nec me subit invidia , nec stupeo  
Divorum opera , nec magnam appeto tyrannidem :  
ea enim procul sunt ab oculis meis.

Οὐ τις αἰδοῖος μετ’ ἀστῶν , καίπερ ἱριμος , θανῶν  
γίγνεται . χάριν δὲ μᾶλλον τοῦ ζωοῦ διώκομεν  
οἱ ζωοὶ . κάκιστα δ’ αὐτῷ κατθανόντι γίγνεται (\*\*).

Nemo post mortem , licet fortis , venerandus inter cives  
est : gratiam viventis aucupamur  
qui vivimus : mortui male tractantur.

(\*) Aristot. *Rhet.* III , 17 , 30. — Plut. *Moral.* II , 470. B. — Cf. Horat. *Ep.* I , 16. *Ad Numicium* : Nil admirari etc.... Hunc solem et stellas et de-  
cedentia certis — tempora momentis sunt qui formidine nulla — imbuti  
spectent.

Cf. *Pseudanacreon. Od.* XV :

Οὐ μοι μέλει τὰ Γύγεω ,  
τοῦ Σαρδίων ἄνακτος .  
οὐδὲ εἴλε πώ με ζῆλος ,  
οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.

et Alpheus Mityl. *Analest.* , t. II , p. 429 :

οὐ στέργω θαθυληῖους ἀρούρας ,  
οὐκ ὅλον πολύχρυσον , οἷα Γύγης .  
αὐταρκοῦς ἔραμαι έιον , Μακρῖνε .  
τὸ μηδὲν γὰρ ἀγαν , ἀγαν με τέρπει.

(\*\*) Stob. *Floril.* CXXV , 5.

varetur memoria, hæc duo præcipue notanda sunt (1) :

A.) — Ω Πὰν, Ἀρκαδίας μέδων κλεενᾶς,  
δρυγηστὰ, Βρομίας δπαδέ Νύμφαις,  
γελάσειας, ς Πὰν, ἐπ' ἔμαις  
εὐφροσύναις δοιδαις κεχαρημένος (2).

O Pan, Arcadiæ rector inclyte,  
qui saltator sequeris Bacchantes Nymphas,  
arride, o Pan, nostris  
jucundis carminibus lætissimus.

Atticum hoc scolian in honorem Panis Atheniensibus in pugna Marathonia adjutoris canebatur. — Paucis enim diebus ante memorabilem hanc pugnam, Athenienses Spartam miserunt, de Persarum in Atticam incursione, hemero-dromum Phidippidem. Qui Atheniensibus nuntiavit ad Parthenium saltum, qui supra Tegeam est, deum Panem sibi obviam factum, qui se Atheniensibus, pro sua erga eos benevolentia, in pugna apud Marathonem præsto futurum pollicitus fuerit. Ex eo nuncio Deo honores haberi cœpti sunt : paulo infra Propylæa, non tamen ad inferiores urbis partes, templo Pani statuto, Athenienses sacrificiis et lampade, id

(1) Vid. p. 22, *Harmodii* scolian.

(2) Athen., XV, 694. D.—Vid. Schweigh. *Animad.* in *Ath.*, t. VIII, p. 257 et sqq.

est cursu civium faces accensas gestantium, Deum placabant (1).

**B.)** — Ἐνικήσαμεν, ὡς ἔδουλόμεσθα,  
καὶ νίκην ἔδοσαν θεοὶ φέροντες  
παρὰ Πανδρόσου ὡς φίλην Ἀθηνᾶν (2).

Vicimus, ut volebamus,  
victoriamque dederunt Dii, (eam) ferentes  
a Pandroso ad caram Minervam.

Hoc ἐπινίκιον carmen invenit victor in Panathenaicis ludis, in quibus, ut victoriæ præmium, dabatur, cum oleaginea corona, oleum ex oleis Minervæ sacratis, quæ, μορῖαι appellatæ, in Arce plantatæ erant (3). — Non sine causa Pandroso poeta alludit. Erichthonium enim quum Minerva vix natum in cista clausisset, eumque Cecropis filiabus Agraulæ, Hersæ et Pandroso tradidisset, addito mandato ne cistam aperirent, mala vindendi cupidine pulsæ, Agraule, Herseque Deo non paruerunt. Eas vero facti mox poenituit; a Furiis enim exagitatae præcipites se ex Acropoleos mœnibus abjecerunt. Pandrosus autem, quæ sola fidem in deposito servaverat, digna habita est, quæ Deæ prima sacerdos foret. Imo, ipsi postea

(1) Herodot., VI, 105. — Pausan., I, 28.

(2) Athen., XV, 694. D. — Vid. Brunck., *Analect.*, t. III, p. 26 et sqq.

(3) Lucian., *Anachars. sive de Gymnasiis*, 9; — Euripid., *Ion.* 1483.

templum dicatum est, quod cum Minervæ templo cohærebat (1). Inde poeta dicit :

. . . νίκην ἔδοσαν θεοὶ φέροντες  
παρὰ Πανδρόσου ώς φίλην Ἀθηνᾶν.

c.) — Aliquanto ante quam *Harmodii* melos inventum est, sequens scolian cantatum fuit ab Atheniensibus :

Ἄλαι, Λειψύδριον προδωσέταιρον,  
οἵους ἀνδρας ἀπώλεσας, μάχεσθαι  
ἀγαθούς τε καὶ εὐπατρίδας,  
οἵ τότ' ἔδειξαν, οἴων πατέρων ἔσαν (2).

Heu, heu, Leipsydron, amicos prodens,  
quales viros perdidisti ! in pugna  
fortes patriæque amantes,  
qui tum ostenderunt e quibus orti essent majoribus.

Hac scilicet occasione scolian illud Athenienses cecinerunt. Nonnulli Athenarum cives, inter quos præcipue erant Alcmæonidæ, crudele Pisistratidarum jugum excutere cupientes, ex urbe profugere, seque forti præsidio in Atticæ loco supra Parnethem, cui Leipsydrium nomen, muniverunt; sed postquam ibi a Pisistratidis

(1) Pausan. XXI, 64. — Meursii, *Cecrop.*, c. xxii. — Müller, *De Minerv. Poliad.* 22. — Gailhabaud, *Monuments anciens et modernes*, t. I.

(2) Athen. XV, 695. E ; — Suid, v. Λειψύδριον.

expugnati atque ad interencionem trucidati es-  
sent, in eos, auctore Suida (1), scolion, quod  
attulimus, cani cœptum est (2).

¶.) — Eodem fere tempore hoc Clitagoræ in  
se ipsam (3) scolion cantatum est, cuius initium  
Aristophanes in *Vespis* (4) servavit :

Χρήματα καὶ δίον Κλειταγόρᾳ τε κάμοι μετὰ Θετταλῶν.

Divitias et opes Clitagoræque et mihi cum Thessalis.

Hoc versu, ut videtur, poetria ad Thessalos  
alludit qui Pisistratidis adversus Lacedæmonios  
auxiliati sunt. Alcmæonidæ enim, ab Athenis  
profugi, dum Delphis, ubi templum ædificandum  
conduxerant, morabantur, pecunia, ut refert  
Herodotus (5) Pythiæ persuaserunt, ut quoties  
Spartani cives Delphos venirent sive privato  
sive publico munere consulturi oraculum, cons-  
tanter illos moneret ut Athenas liberarent.  
Proinde Lacedæmonii, quum idem ipsis semper  
effatum ederetur, Anchimolium, spectatum inter  
cives virum, cum exercitu qui Pisistratidas  
Athenis pelleret mittunt. Qua re autem cognita,

(1) Suid. v. Λειψύδριον.

(2) Herodot. v. 62; — Eustath. Il. 4, p. 461. Edit. Rom.; — Etym. M. 361, 32.

(3) Ut ait Scholiasta Aristoph. in *Vesp.* 1245.

(4) Aristoph. *Vesp.* 1245.

(5) V, 63.

Pisistratidæ, quum eis esset fœdus cum Thes-  
salis, auxilia e Thessalia acciverunt. Thessali,  
publico decreto, mille equites misere, qui plu-  
rimos Lacedæmonios, inter quos ducem Anchimolium,  
interfecerunt, reliquos vero compulerunt  
in naves. Post hæc autem majores copias, duce  
Cleomene rege, Lacedæmonii adversus Pisistra-  
tidas miserunt, et, cum Thessalis equitibus con-  
gressi, eos, occisis amplius quadraginta, in  
fugam vertere.

De Clitagora ipsa ejusque origine nihil fere  
novimus: eam enim, ut jam vidimus (1), *Ves-  
parum* Scholiasta Thessalam appellat (2); Scho-  
liasta autem *Lysistratæ* (3), Suidasque (4) eam  
Laconicam poetriam nuncupant. Illius meminerat  
Aristophanes in *Danaidibus* (5); sed hæc fa-  
bula, exceptis quindecim ad summum versibus,  
perdita est.

■.) — Illi scoliorum generi, ut opinor red-  
dendus est hic Alcæi versus:

Ἄχιλλευ, δ τᾶς Σκυθικᾶς μέδεις (6).

Achilles, Scythiam gubernans.

(1) Pag. 22.

(2) *Vesp.* 1245.

(3) *Lysistr.* 1237.

(4) Suid. v. Κλειταγόρα.

(5) Schol. Aristoph. in *Lysistr.*, et Suid., loc. cit.

(6) Eustathius, *Ad Dyonis. Per.*, 306: « Ἄλλοι δέ φασιν ἔτερον

§ X.

SCOLIA συμποτικά.

Scolia, quæ Deos celerabant, quæ ad mores et ad vitæ utilitatem spectabant, quæque seu victoriam aliquam, seu insignem cladem memorabant, non solæ cantiones erant, quæ lætis in conviviis effunderentur.

Primis quidem Græciae temporibus, quum nullus fere civis *parcus Deorum cultor et infrequens* esset, convivæ omnibus in epulis Deorum laudes caneabant. — Sapientum ætate, aut paulo post eorum mortem θιαφελεῖς sententiæ, ad modum carminis accommodatæ recitabantur. — Denique publicis in festis illustres urbium, præcipue Athenarum cives carminibus honorabantur. — Paulatim vero, et præsertim privatis in conviviis, potius sæpiusque vinum, ludi qui post cœnam fiebant, amoresque caneabantur.

Inter inclytissimos antiquitatis poetas, qui συμποτικὰ scolia condidere, Alcæus et Anacreon primum locum facile obtinent. Quos enim, ut

εἶγαι τοῦτον Ἀχιλλέα παρὰ Σκύθαις βασιλέα τῶν τόπων, δις ἡράσθη τε τῆς Ἰριγενείας πεμφθείσης ἐκεῖ, καὶ ἔμεινεν ἐπιδιώκων, ἐξ οὗ τόπος Ἀχιλλείον · οἱ δὲ τοῦτο λέγοντες παραφέρουσι μάρτυρα τὸν Ἀλκαῖον λέγοντα · Ἀχιλλεύ, χ.  
τ. λ. » — Cf. Pindar., *Parthen.*, fr. 2.

illiusmodi cantionum auctores, invocabat Aristophanes in *Dætalensibus*, id est *Convivantibus?* Alcæum nempe et Anacreontem. « Cane mihi, inquit persona quædam (1), scolian quoddam, seligens ex Alcæi carminibus aut Anacreontis. »

Quamvis autem aduersetur Ilgenius (2), παροίνια ἄσματα inter scolia numerare non dubito; sæpius enim inter epulas vinum, aut ego fallor, quam Deorum heroumque laudes, aut θιωφελεῖς sententias convivæ cecinerunt. Cæterum nonne Suidas (3) σκολιὸν παροίνιον φᾶὴν appellat? Nonne Hesychius, verbo σκολιὰ, ait: « τὴν παροίνιον φᾶὴν οὔτως ἔλεγον... »? Nonne Aristophanis Scholiasta, in *Vesp.* 1222, σκολιὰ « παροινίους φᾶὰς », et infra (*ibid.*, 1239), « παροίνια μέλη » vocat? — Profecto Pollux dixit (4): « καὶ παροίνια δὲ ἄσματα ἦν, καὶ σκολιὰ, » et Proclus (5): « τὸ δὲ σκολιὸν μέλος ἡδετο περὶ τοὺς πότους · δὶὸ καὶ παροίνιον αὐτὸ ἐσθ' ὅτε καλοῦσιν. » — Quid postea? Non ita scolia et παροίνια ἄσματα inter se differunt ut « pessime agamus » si, duce de la Nauze (6), Alcæi et Anacreontis παροίνια fragmenta inter scolia referamus.

(1) Athen., XV, 694. A :

Ἄσον δῆ μοι σκολιὸν τι λαβών Ἀλκαίου κήγανχρέοντος.

(2) Ilgen., p. cxciv.

(3) Suid., v. σκολιὸν.

(4) Pollux, VI, 108.

(5) Proclus, in *Chrestom. grammatis.*

(6) *Mém. de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, t. IX, p. 320 et seq.

Alcæus, auctore Athenæo (1), hilarissimus conviva fuit : qui quidem, quacumque anni tempestate et quocumque rerum suarum statu bibens invenitur. — Multum quidem lugere debemus Alcæi Sapphonis aliorumque melicorum poetarum carmina Romæ et Constantinopoli (1073, p. C.) Gregorio VII regnante, cremata fuisse : attamen quum satis multæ Alcæi reliquiæ nobis servatæ sint, Horatiusque fere ad verbum hunc poetam sæpius imitatus sit, intelligere possumus qualis fuerit in παροιγίοις cantilenis Alcæus.

A.) — Minime per hiemem ejus vena torpet :

Ὑει μέν δ Ζεὺς, ἐκ δ' ὕρανῶ μέγας  
χειμῶν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ροᾶι.

Κάθθαλε τὸν χειμῶν' ἐπὶ μὲν τιθεῖς  
πῦρ, ἐν δὲ κίρναις οἴνον ἀφειδέως  
μελιχρόδν, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσα  
μαλθακὸν ἀμφὶ [τίθει] γνόφαλλον (2).

Pluit quidem Jupiter : e celo magna  
tempestas ; concreverunt aquarum flumina.

Expugna hiemem, imponens  
ignem, infundensque vinum largius  
mellitum ; circum autem caput  
mollem subde pulvinum.

(1) Athen., X, 430, A : « κατὰ πᾶσαν ὕραν καὶ περίστασιν πίνων δ Ἀλκαῖος εὑρίσκεται. »

(2) Athen., X, 430, A.

Non absurdum mihi videtur putare Horatium,  
ut initium ita carminis finem strictius imitatum  
fuisse : itaque in poetæ latini carmine (1) inte-  
grum Alcæi scolion legere licet :

Vides ut alta stet nive candidus  
*Mons* (?)... nec jam sustineant onus  
Silvæ laborantes geluque  
Flumina constiterint acuto.

Dissolve frigus , ligna super foco  
Large reponens , atque benignius  
Deprome quadrum. . . . .  
O . . . . . , merum diota.

Permitte Divis cætera , qui simul  
Stravere ventos æquore fervido  
Depræliaentes , nec cupressi  
Nec veteres agitantur orni.

Quid sit futurum cras fuge quærere , et  
Quem fors dierum cumque dabit lucro  
Appone , nec dulces amores  
Sperne puer , neque tu choreas ,

Donec virenti canities abest  
Morosa. Nunc . . . . . areæ  
Lenesque sub noctem susurri  
Composita repetantur hora.

Nunc et latentis proditor intimo  
Gratus puellæ risus ab angulo ,  
Pignusque dereptum lacertis  
Aut digito male pertinaci (2).

(1) Hor., *Carm.*, I, 9.

(2) Verba de industria omisi , quæ Romanum nimis redolent. —  
Cf. Hor., *Epod.*, 18.

B.) — Per aëstatem Alcæum vinum bibentem quis præter Stoicum aut aquæ potorem , vituperare auderet ?

Τέγγε πνεύμονας οῖνω · τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται ,  
& δ' ὅρα χαλεπὰ , πάντα δὲ διψαὶς' ὑπὸ καύματος (1).  
ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων ἀδέα τέττιξ (2) , πτερύγων δ' ὑπὸ<sup>το</sup>  
κακχέει λιγυρὰν . . . . . ἀοιδὰν . . . . . δηπόταν  
. . . φλόγιον καθέταν ἐπιπτάμενον καταυγείη (3).  
ἀνθεῖ δὲ σκόλυμος · νῦν δὲ γυναικες μιαρώταται ,  
λεπτοὶ δ' ἀνδρες , ἐπεὶ καὶ κεφάλαν καὶ γόνου Σείριος  
ᾶζει (4).

Irriga pulmones vino : nam sidus exoritur ,  
tempus autem anni grave : cuncta sitiunt præ aëstu :  
cantat in foliis suavis cicada , alarumque strepitū  
fundit argutum. . . . cantum. . . . quando  
(solis) flamma recta emicans resplendet ,  
floretque scolymus ; nunc mulieres lascivissimæ sunt ,  
debilesque viri ; nam caput et genua Sirius  
torret.

C.) — Πίγωμεν , τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται (5).

Bibamus : sidus enim exoritur.

(1) Athen., X, 430. B.

(2) Proclus, *Hesiod. Opp.*, 584.

(3) Demetr., *Eloc.* XLII.

(4) Proclus, loc. cit. ; — Cf. Plin., *Hist. nat.*, XXII, 43 ; — Th. Bergkius in *Mus. Rh.*, 1835, 219, quartum quintumque versus huc referendos felicissime conjectit. Vid. Schneidewin. *Delect. poet. iamb. et mel. græc.*, 275, not. ad fr. 34. — Cf. Hor., *Carm.*, III, 29, 18.

(5) Athen., I, 22. F.

**D.)** — Vere quoque , tempus est præsens ut  
bibamus vinumque celebremus.

\**Ηρος ἀνθεμέντος ἐπάιον ἐρχομένοιο.*

· · · · ·  
ἐν δὲ κίργατε τῷ μελιαδέος ὅττι τάχιστα  
κρατῆρα (1).

Ver floriferum sentiebam advenire ,  
· · · · ·  
Miscete quam celerrime melliti ( vini )  
cratera.

In Alcæi, quæ nobis servata sunt, fragmentis,  
nulla autumni mentio fit : quis vero credat eam  
tempestatem poetam prætermisisse , per quam  
vindemiæ fervent ? — Imo dicere possumus qua-  
cumque diei hora bibendi occasionem Alcæum  
quæsivisse. Nonne enim , quum dies cadit , ex-  
clamat :

**E.)** — Πίνωμεν · τί τὸν λύχνον μένομεν ; δάκτυλος ἀμέρα  
κάδδ' ἔειρε κυλίγας μεγάλας , δίτα , ποικίλας .  
οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς ὑιὸς λαθικαδέα  
ἀνθρώποισιν ἔδωκε · ἔγχεε κιρνας ἔνα καὶ δυὸς  
πλειάς · κακκέφαλᾶς δ' ἄπερα τὰν ἐτέρων κύλιξ  
ῳθείτω (2).

Bibamus : cur lucernam exspectamus ? Digitus est dies.  
Affer pocula magna , amice , variaque.

(1) Athen. , X , 430. B.

(2) Athen. , X , 430. C.

Vinum enim Semeles et Jovis filius curarum oblivionem hominibus dedit : infunde miscens unum et duo (cyathos aquæ) plenis (poculis), et præceps alter calix alterum extrudat.

Non semper inter se convenere grammatici, quid significanter hæc verba : ἔγχει κίρνας ἔνα καὶ δύο πλεῖαις. Chamelæo Ponticus, ab Athenæo laudatus (1), negans Alcæum eo versu de temperatura vini locutum esse, significari a sobrio poeta voluit « se in compotationibus unum primo poculum meri solitum educere, deinde duo, non amplius. » Duce Is. Casaubono (2) libentius crederem Alcæum his verbis jubere « ut puer a poculis vinum de more in cratera misceat, eo κράσεως genere quod vocabatur εἰς καὶ δύο, quum, infusis in cratera cyathis duobus vini, aquæ unus infunditur. » Vidimus enim, neque id semel, quantopere Alcæus vini esset studiosus.

Nunc Alcæum quocumque vitæ statu bibentem videamus.

¶.) — Si tristis est, curas vino levabit :

Οὐ χρὴ κακοῖσι θυμὸν ἐπιτρέπειν ·  
προσκόψομεν γάρ οὐδὲν ἀσάμενοι,  
ῶ Βύχῃ, φάρμακον δ' ἄριστον  
οἶνον ἐνεικαμένος μεθύσθηγ (3).

(1) Athen., X, 430. A.

(2) Is. Casaubon, *Animadv. in Athen.*, X, 8.

(3) Athen., X, 430. B.

Non oportet malis animum dedere :  
nihil enim proficiemus, si mœrore nos affecerimus,  
o Bucchi; remedium autem optimum est,  
vinum afferentes inebriari.

**G.)** — Quum popularium partium dux Myrsilus  
periit, quem Alcæus optimatesque inexpiabili  
odio prosequabantur :

Nῦν χρὴ μεθύσθην καὶ τινὰ πρὸς θίαν  
πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος (1).

Nunc oportet inebriari, et aliquem vel invitum  
bibere, quod mortuus sit Myrsilus.

Hoc scolii initium imitatus est Horatius, quum  
Cleopatra mortua, infensissima populi Romani  
hoste, exclamat :

Nunc est bibendum, nunc pede libero  
Pulsanda tellus (2).

Levioris momenti fragmentorum nonnulla ad  
vitem aut ad vinum lautumve victum alludunt :

**H.)** — Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλῳ (3).

Nullam aliam severis arborem prius vite.

(1) Athen., X, 430. A. — Viri docti, inter quos H. Stephanus, ex Horatii imitatione, « nunc pede libero pulsanda tellus » emendaverunt : « καὶ χθόνα πρὸς θίαν παίειν. »

(2) Hor., Carm., I, 37.

(3) Athen., X, 430. C.

Nonne liceat integrum hujus scolii sensum ex  
Horatii carmine (1) sumere , demptis verbis, quæ  
nimium latine sonent ?

Nullam , . . . . . sacra vite prius severis arborem  
Circa mite solum . . . . . et moenia . . . . .  
Siccis omnia nam dura Deus proposuit , neque  
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.  
Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat ?  
Quis non te potius , Bacche pater , teque , decens Venus ?  
At ne quis modici transiliat munera Liberi ,  
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero  
Debellata ; monet Sithoniis non levis Evius ,  
Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum  
Discernunt avidi. Non ego te , candide Bassareu ,  
Invitum quatiam , nec variis obsita frondibus  
Sub divum rapiam. Sæva tene cum Berecynthio  
Cornu tympana , quæ subsequitur cæcus amor sui ,  
Attollens vacuum plus nimio gloria verticem ,  
Arcanique fides prodiga , perlucidior vitro.

Ι.) — Ἀλλοτε μὲν μελιαδέος , ἄλλοτε δ'  
δευτέρῳ τριβόλων ἀρυτήμενοι (2).

Nunc mellitum , nunc autem  
acrius spinis (vinum) haurientes.

ΙΙ.) — Οἶνος γὰρ ἀνθρώποις δίοπτρον (3).

Vinum enim hominibus speculum.

(1) Hor., *Carm.*, I, 18.

(2) Athen., II, 38. E.

(3) Tzetzes, *Lycophr.*, 212.

Eadem fere in Theognide (1) sententia inventitur :

Ἄγδρος δ' οἶνος ἔδειξε νόον.

Item in Aeschilo (2), qui saepius Alcæum ante oculos habuit :

Κάτωπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.

Denique Alcæi sententiam mutuatus est Theocritus (3) :

Οἶνος, ὃ φίλε παιᾶ, λέγεται, καὶ ἀλάθεα.  
Κάμμε χρή μεθύοντας ἀλαθέας ἔμμεναι.

■.) — Ἐκ δὲ ποτηρίων πῶ, νέοις, Δινομένη, παρίσθων (4).

E poculis bibe, juvenibus, Dinomene, assidens.

■.) — Duos tandem versus afferemus in quibus difficile est sensum aliquem perspicere. Hoc enim in fragmento initium et finem cuiusdam scolii habemus, quod, concharum mentionem faciens, attulit his verbis Athenæus :

(1) Theogn., 500.

(2) Stob., XVIII, 13.

(3) Theocr., XXIX, 4.

(4) Athen., XI, 460. D. — Correxit Is. Casaubonus : « ἐκ δὲ ποτηρίων πίοντες, δειπνουμένη πάρισθον. » « Quum e poculis bibissent, illi cœnanti assiderunt. » *Animadu. in Athen.*, XI, 4.

Πέτρας καὶ πολιᾶς θαλάσσας τέχνον. . . . .  
..... ἐκ λεπόδων χαίνοισι φρένας ἡ θαλασσία λεπάς (1).

Hæc Alcæi verba, ut ait Is. Casaubonus (2),  
ita scripta fatendum est nullum sensum habere.  
Legit igitur doctissimus vir :

ἐκ λυπάων δ' ἵλνοι σε φρένας ἡ θαλασσία λεπάς.

A luctu recreet tuam mentem marina lepas.

Optat poeta, si Casaubono credimus, ut amicula lepade marina animum oblectet, ut solent pueri fistula. Inter oblectamenta juventutis (3) fuerunt et conchyliorum genera quædam, ex quibus varia sibi ludicra conficiebant. — Legitur autem ad hunc locum hæc Jac. Dalechampii nota marginalis (4) : « Jocus ex ambiguo lepadis significatu : In patinis. » Sic igitur Alcæi versum latine vertit Dalechampius : « In lepadibus, h. e. in patinis, animum recrees, o marina lepas. »

Si post doctissimos viros mihi licet ingenue quid sentiam dicere, multum illi sudaverunt ut, quod intelligi nequit, intelligerent.

Sine dubio omnibus his in reliquis plane sese ostentat potor, Bacchi famulus, occasiones undique arripiens, ut seipsum amicosque ad biben-

(1) Athen., III, 85. F.

(2) Animadv. in Athen., III, 9.

(3) Athen., loc. cit.

(4) Id., ibid.

dum hortetur. Alcæus tamen in vino vulgares voluptates non quærit; quidquid autem ex calicibus nobile fecundumque oritur laudat celebratque. Non modo enim curas vinum expellit (*λαθικαδέα*) (1), sed et corda aperit, hominumque verissimum speculum est (2).

Ultimis his Alcæi scoliorum fragmentis mos ille memoratur quo veteres sese unguentis illinerent, caputque et pectus coronarent.

III.) — Κατ τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς χεῦσον ἐμοὶ μύρον  
καὶ κατ τῷ πολιῷ στήθεος (3).

Super multa passum caput infunde mihi unguentum,  
et super canum pectus.

IV.) — Ἀλλ' ἀνήττω μὲν περὶ ταῖσι δέραις  
περθέτω πλέκτας ὑποθυμίδας τις,  
καὶ δὲ χευάτω μύρον ἀδὺ κατ τῷ  
στήθεος ἄμμι (4).

Verum anethi circa cervicem  
aliquis apponat plicatiles hypothymidas,  
deorsumque fundat unguentum suave in  
nostrum pectus.

Quare olim convivæ pectus coronarent, illi-

(1) Vide supra, p. 65.

(2) Vide, p. 68.

(3) Plut., *Quæst. Conviv.*, III, 3.

(4) Athen., XV, 674. C; 687. D; — Cf. Anacr. fr., XXXVII —  
Virg., *Ecl.*, II, 48; — Hor., *Carm.*, IV, 11, 2.

nerentque unguentis Athenæus (1) nos docet : quia scilicet in ea parte sedes sit cordis. « Εστεφανοῦντο δὲ καὶ τὰ στίθη, καὶ ἔμφρον ταῦτα, ἐπεὶ αὐτόθι ἡ καρδία. » Hujus modi autem coronas ὑποθυμιάδας vocabant, quia odoris halitum et tanquam suffitum ex inferiori parte afflarent (2).

Reliquarum, quas procul dubio Anacreonti restituere possumus, multas invenimus quibus vini mensæque gaudia celebrantur. Hæ præcipuæ sunt, quibus Anacreon nobis videtur minus quam Alcæus quid boni generosique sit in vino observasse. Vinum enim semper ab eo laudatur, quod convivas exhilaret. Poeta tamen more suo sapiens est; amicos enim hortatur ut modum in bibendo servent, Scythisque strepitum furoremque relinquant.

Ο.) — Μείς μὲν δὴ Ποσιδηὸν  
ἔστηκεν, νεφέλαι δ' ὅδει  
[πλήθουσιν], βαρὺ δ' ἄγριοι  
χειμῶνες παταγοῦσιν (3).

Mensis Posideon  
adest; nubesque aqua  
(gravantur), horridæque feræ  
tempestates stridunt.

(1) Athen., XV, 674. C.

(2) Vide Casaub., *Animadv. in Athen.*, XV, 5.

(3) Schol., II., O. 492; — Cf. Alcæi frag. A; Horat., *Epod.* XIII.

Postea, ut videtur, amicos ad bibendum hor-  
tabatur poeta.

**P.)** — Θνογχει δ' ἀμφίπολος μελιχρὸν  
οἴνον τρικύαθον κελένην (1) ἔχουσα (2).

Ministrabat ancilla mellitum  
vinum, tres cyathos capientem celeben habens.

**Q.)** — Καθαρῇ δ' ἐν κελένῃ πέντε τε καὶ τρεῖς ἀναχείσθων (3).

Puro in poculo quinque (cyathi aquæ) et tres (vini) infundantur.

**R.)** — Ἀγε δὴ, φέρ' ἡμιν, δὲ παῖ,  
κελένην, δκως ἄμυστιν  
προπίω, τὰ μὲν δέκ' ἐγχέας  
ῦδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου  
κυάθους, ὡς ἀνυβριστὲ  
ἀνὰ δηῦτε βασσαρήσω.

• • • • • • • •

Ἄγε δηῦτε μηκέθ' οὔτε  
πατάγῳ τε κάλαλητῷ  
Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ  
μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς  
ὑποπτίνοντες ἐν ὅμινοις (4).

Agedum, fer nobis, o puer,  
poculum, pleno ut haustu

(1) Poculi genus.

(2) Athen., XI, 495. F.

(3) Athen., X, 430. D.

(4) Athen., X, 427. A. — Cf. Hor., Carm., I, xxvii.

propinem ; decem infunde  
aqueæ , quinque autem vini  
cyathos , ut sine contumelia  
debacchari possim.

• • • • • • •  
Agedum , neque amplius tanto  
streITU tumultuque  
Scyticam potionem inter vina  
exerceamus , sed pulchros  
potantes inter hymnos .

■.) — Φίλη γὰρ εἰς  
ξείνοις . ἔασον δέ με διψῶντα πιεῖν (1).

Amica es enim  
hospitibus : sine autem me sitientem bibere.

■.) — Quodam in fragm ento Anacreon fatetur  
« se vini potorem evasisse . »

Οἶνοπότης δὲ πεποίημαι (2).

In his autem nos , quomodo bibere oporteat ,  
docet :

■.) — Μήδ' , ὅστε κύμα πόντιον ,  
λάλαζε , τῇ πολυκρότῃ  
σὺν Γαστροδώρῃ , καταχύδην  
πίγουσα τὴν ἐπίστιον (3).

(1) Athen. , X , 438. F.

(2) Athen. , XI , 460 , D.

(3) Athen. , X , 446. F.

Neque, ut fluctus marinus  
obstrepas, illa cum clamosa  
Gastrodora, affatim  
bibens domesticum potum.

■.) — Οὐ φίλος, δεις χρητῆρι παρὰ πλέω οἰνοποτάκων  
νείκεα καὶ πόλεμον δακρύσεντα λέγει,  
ἀλλ' ὅστις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης  
συμμίσγων ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης (1).

Ille non mihi amicus, qui quum ad pocula supra modum  
rivas et luctuosum bellum canit, [vinum hauserit,  
sed quisquis Musarum et inclita dona Veneris  
commiscens, amabilis memor est voluptatis.

Ut Alcæus, coronarum meminit quas convivæ  
gerebant :

■.) — Πλεκτὰς δ' ὑποθυμίδας  
περὶ στήθεσι λωτίνας ἔθεντο (2).

Plicatiles hypothymidas  
e loto circa pectus statuerunt.

■.) — Ο Μεγίστης δ' ο φιλόφρων δέκα δὴ μῆνες, ἐπεὶ τε  
στεφανοῦται τε λύγω καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα (3).

Decem sunt menses elapsi, ex quo benignus Megistes  
coronatur vimine, et mustum bilit mellitum.

(1) Athen., XI, 463. A.

(2) Athen., XV, 674. D; cf. Alcæi fr. N, p. 71; Sapphonis, apud  
Athen., XV, 674. C.

« καπαλαῖς ὑποθυμίδας  
πλέκταις ἀμπ' ἀπαλᾶς δέρα. »

(3) Athen., XV, 674. E.

**Ζ.)** — Ἐπὶ δ' δρόσιν σελίνων στεφανίσκους  
θέμενοι θάλειαν δρτὴν ἀγάγωμεν  
Διογύσω (1).

Superciliis apii coronas  
imponentes jucundum festum celebremus  
Baccho.

**Α. Α.)** — Φέρ' ὅδωρ, φέρ' οἴνον, ὡς παιᾶ,  
φέρε δὲ ἀνθεμεῦντας ἡμῖν  
στεφάνους, ἔνεικον, ὡς μὴ  
πρὸς Ἑρωτὰ πυκταλίζω (2).

Fer aquam, fer vinum, o puer,  
fer floreas nobis  
coronas, fer, ne  
contra Amorem, athletæ more lucter.

**Β. Β.)** — Στεφάνους δὲ ἀνὴρ τρεῖς ἔκαστος εἶχεν,  
τὸν μὲν ρόδίνους, τὸν δὲ Ναυκρατίτην (3).

Coronas tres unusquisque vir habuit  
alias roseas, unam autem Naucratitem.

Qualis esset Naucratites illa corona de qua  
loquitur Anacreon, apertissime exposuit Poly-  
charmus e Naucrate in quodam sui *de Venere*  
libri loco, quem servavit Athenæus (4): « Vige-  
sima tertia Olympiade, quidam e Naucrate mer-

(1) Athen., XV, 674. C.

(2) Athen., Is. Casaub., *Animadv.*, XI, 4, 32.

(3) Athen., XV, 671. E.

(4) Athen., XV, 675. F.

cator, Herostratus nomine, non longe ab Ægypto horrida tempestate jactatus, fidissime precando ad Venerem confugit, cuius imagunculam Paphi emerat. Dea, Herostrati precibus indulgens, repente navem viridibus myrtis complevit, quorum suavissimo odore nautæ, de salute desperantes, refecti sunt. Quum autem feliciter appulisset, Herostratus Veneris simulacrum viridesque myrtos in Deæ templo consecravit. Jam in convivium familiarissimos spectatissimosque cives advocavit, quorum singulis coronam myrtleam donavit. » Talis, auctore Polycharmo, Naucratis corona erat, ex myrto confecta. Alii eam ex papyro factam esse dixerunt, ineptissime, ut asserit Athenæus : « Ego enim, ait, non facile intellexerim quam vel utilitatem præbeat vel delectationem papyrus cum rosis, nisi qui tali corona utantur, rosas simul cum allio nectant. »

Inter συμποτικὰ scolia primum mihi ponenda videntur hæc Archilochi fragmenta.

**C. C.)** — Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίφρητον μέθυ  
ῶν οὔτε τῆμον εἰσένεγκας, οὔτε μὴν  
κληθεὶς ἐστήλθες, οἷα δὴ φίλος· δλλάδ σε  
γαστὴρ νόσον τε καὶ φρένας παρήγαγεν  
εἰς ἀναιδίην (1).

Multum præterea bibens meraci vini,  
neque symbolum dedisti, neque

(1) Athen., I, 7. F.

vocatus venisti, ut solet amicus; tua vero  
gula animum et mentem impulit  
ad impudentiam.

**D. D.)** — Ἐχουσα θαλλὸν μωρίνης ἐτέρπετο  
ῥιδέης τε καλὸν ἄνθος (1).

Tenens frondem myrti gaudebat  
rosæque pulchro flore (cincta).

**E. E.)** — Ως Διωνύσου ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος  
οἰδα διθύραμβον, οἶνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας (2).

Ut Dionysi regis pulchrum præcinere melos  
scio dithyrambum, vino, velut fulmine, animum ictus.

**F. F.)** — Ἐν δορὶ μέν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ'οῖνος  
Ισμαρικός, πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος (3).

In hasta mihi placenta confecta, in hasta vinum  
Ismaricum : bibo hastæ insistens.

Significat poeta hastam sibi omnia esse : hasta  
enim ille sibi exquisitos cibos generosumque  
vinum parat.

**G. G.)** — Συκῆ πετραίη πολλὰς δόσκουσα κορώνας,  
εὐήθης ζείνων δέκτρια Πασιφίη (4).

Ficus saxosa multas alens cornices,  
facile hospites accipiens Pasiphile.

(1) Ammonius, *de Diff. Voc.*, p. 425. Valcken.

(2) Athen., XIV, 628. A.

(3) Athen., I, 30. F.

(4) Athen., XIII, 594. B. sqq.

III. III.) — Ἀλλ' ἄγε, σὺν κώθωνι θοῆς διὰ σέλματα νηὸς  
φείτα, καὶ κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων,  
ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός· οὐδὲ γὰρ ήμεῖς  
νήφειν ἐν φυλακῇ τῆδε δυνησόμεθα (1).

Eia age ! cum cothonē rapidæ per transtra navis  
curre, atque e cavis pocula deprome cadis.  
Funde vinum rubrum fœce tenuis : nam nos  
potu abstinere in isto carcere non poterimus.

At enim istorum fragmentorum tria ex *Elegiis*  
deprompta sunt ? Non eo infitias. Attamen sa-  
pius apud Tyrtæum, Xenophanem Colophonum,  
Theognidem et Anacreontem appareat hoc poeseos  
genus in conviviis adhibitum fuisse , quam ut  
negemus elegos præcipue inter epulas cantatos,  
et potissimum sub epularum fine quem κῶμον  
appellant.

Posteriorius, non secus ac priscis æstatibus, poetæ  
elegis usi sunt quo melius convivia carminum  
lepure et festivitate condirent. Fusius enim Ion  
Chius, Dyonisos Atheniensis, Evenus Parius, et  
Critias Atheniensis quæ sit vini virtus , et quo  
modo bibendum memorant. Nec choreæ, nec  
cantus, nec Cottabi ludus, cui juvenes tantopere  
indulgebant, ab illis poetis silentio prætermit-  
tuntur (2).

Huic, ut par est, convivalium carminum ge-  
neri, aliquot Pindari fragmenta inserere licet.

(1) Athen., XI, 483. D.

(2) Ottf. Müll., I, 245 ; III, 424.

**Ι. Ι.)** — Δέιπνου δὲ λήγοντος γλυκὺ τρωγάλιον  
καίπερ πεδ' ἀφθονον δοράν (1).

Epulis finientibus dulcia (sunt) bellaria  
licet post abundantes cibos.

**Ι. Ι.)** — Δενδρέων δὲ νομὸν Διόνυσος πολυγαθῆς αὐξάνοι  
ἀγνὸν φέγγος δπώρας (2).

Arborum germina Bacchus lətitiæ dator augeat,  
castum frugum splendorem.

**Κ. Κ.)** — Ἄνδροδάμαντα δ' ἐπει Φῆρες δάεν ῥιπὰν μελιαδέος  
[οίγου,

ἐσσυμένως ἀπὸ μὲν λευκὸν γάλα χεροὶ τραπεζᾶν  
ῶθεον, αὐτόματοι δ' ἐξ ἀργυρέων κεράτων  
πίνοντες ἐπλάζοντο (3). . . . .  
. . . . . δ δὲ χλωραῖς ἐλάταισι τυπεῖς  
ῳχεθ' ὑπὸ χθόνα Καιγένες σχίσαις δρθῷ ποδὶ γᾶν (4).

Hominum domitorem postquam Centauri novere odorem  
magno impetu de mensis album lac manibus [melliti vini,  
repulerunt, atque ultro ex argenteis cornibus  
bibentes petulanter lascivierunt . . . . .  
. . . . . in virides pinos impactus  
fugit sub terram Cæneus, findens rigido pede solum.

**Ι. ΙΙ.)** — Ἄνικ' ἀνθρώπων καματώδεες οἴχονται μέριμναι  
στηθέων ἔξω, πελάγει δ' ἐν πολυχρύσοι πλούτου

(1) Athen., XIV, 641. C.

(2) Plutarch., *De Isid. et Osirid.*, 35. — *Quæst. Sympos.*, IX,  
14, 4.

(3) Athen., XI, 476. B. — Cf. Horat., *Carm.*, IV, 2, 13.

(4) Schol. Apoll., *Argon.*, I, 61. — Cf. Ovid., *Métam.*, XII.

Tum hominum laboriosæ aufugiunt curæ  
longe a pectore : in mare amplissimarum divitiarum  
omnes una navigamus ad fallacem ripam :  
pauper fit dives : divites vero  
inflantur mentibus , Bacchi telis domiti.

**Μ. Μ.)**—(in Lyram).. τόν ῥα Τέρπανδρός ποθ' δ Λέσβιος  
πρῶτος ἐν δείπνοισι Λυδῶν [εὗρεν  
Ψαλμὸν ἀντίθεμογον ὑψηλᾶς ἀκούων πηχτίδος (2).

Quam Terpander olim Lesbius invenit  
primus in epulis Lydorum  
cantum repercussum sublimis audiens pectidis.

Hæc denique duo ἀδέσποτα fragmenta, ab Atheneo servata, non negaverim inter hujus generis scolia ponenda esse.

(4) Athen., XI. — Is. Casanb., *Animadv. in Athen.*, l. XI, p. 493,  
69. — Lugdun. apud Anton. de Harsy. M. D. C.

(2) « L'intelligence de ce passage, souvent discuté, offre de grandes difficultés. La pensée de Pindare est probablement celle-ci, que Terpandre avait formé le barbiton aux sons graves, en empruntant à la *pectis* (ou *magadis*) l'octave inférieure. Parmi les poètes grecs, c'est Sappho qui se serait servie la première du *pectis* ou *magadis* : après elle seulement Anacréon. » (Otfr. Müller, *Hist. de la littér. grecque*, trad. par K. Hillebrand, t. II, p. 54, note 4.)

Ν. Ν.) — Ἔγχει καὶ Κήδωνι, διάκονε, μηδ' ἐπιλήθου,  
εἰ χρὴ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οἰνοχοεῖν (1).

Funde et Gedoni, puer; ne obliviscere  
bonis viris vinum fundendum esse.

Ο. Ο.) — Σύν μοι πῖνε, συνήδα, συνέρα, συστεφανηφόρει,  
σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο, σὺν σώφρονι σωφρόνει (2).

Mecum bibe, mecum juvenare, mecum ama, mecum te corona  
[cinge;  
mecum, quum insaniam, insani; mecum, quum frugi fuero,  
[esto quoque frugi.

## § XI.

### SCOLIA AD COTTABI LUDUM SPECTANTIA.

Athenæus quodam loco (3) ait « veterum poetarum scolia cottabi appellationibus plena esse. » « Οὗ (4) (κοττάδου) δὴ καὶ τὰ σκολιὰ καλούμενα μέλη τῶν ἀρχαίων ποιητῶν πλήρη ἔστι. » Ludus ille, cuius sæ-

(1) Athen., XV, 695. E. — Scripsit Ilgenius, p. 95. — Ἔγχει κώθωνι. — Cothon Laconicum poculum erat, in expeditione militari utilissimum, de quo Athenæus agit, XI, 483 et 484. — Cf. Archiloch., ap. Ath., XI, 483. D.

(2) Athen., XV, 695. D.

(3) Athen., X, 427. D.

(4) Legitur ap. Athen.: διὸ καὶ τὰ σκολιὰ, x. τ. λ. Is. Casaubonus ait aut hoc loco αὐτοῦ verbum deesse, aut scribendum esse: οὐ δὴ καὶ τὰ σκολιὰ.

pius mentionem poetæ comici fecerunt, a Siculis  
primum repertus est, ut in *Elegiis* testatur  
Callias Atheniensis, Callæschri filius (1) :

Κότταδος ἐκ Σικελῆς ἔστι χθονὸς, ἐκπρεπὲς ἔργον (2).

Cottabus ex Sicula terra est, eximum opus.

Diversis modis, cœna confecta, convivæ cottabo  
ludebant.

Sæpissime, quum bibissent, reliquum ita e  
poculo aut in æneum vas aut ad terram ejicie  
bant, ut id resonaret; e vario, quum vinum  
caderet, strepitu juvenes agnoscebant utrum  
sincere an non a puellis amicis diligenterentur.

Aliud erat istius ludi genus. Bacillus humi  
defigebatur, eique alterum lusores imponebant  
qui, ut in libra, movebatur. Ex hoc bini crateres  
aqua pleni pendebant, et sub aqua sigillum ex  
ære inaurato Manes vocatum. Aliquis inter lu  
sores surgebat, phialam tenens mero plenam,  
atque, eminus stans, vinum omne uno impetu  
in lancem ita projiciebat ut repleta mergeretur,  
et, caput sigilli sub aqua latentis feriens, sonum  
ederet. Qui de vino nihil effundebat, is vincebat  
et se ab amica amari conjiciebat. Elegantissimo  
loco, quem Athenæus (3) servavit, Antiphanes

(1) Florebat circa Olymp. XCIV (A. C. 350).

(2) Athen., XV, 666. B.

(3) Athen., XV, 666. F.

in *Veneris Natalibus* id cottabismi genus descriptisit :

- A. Huncce dico ; tu vero nonne intelligis ?... Cottabus scapus est. Adverte animum : ova quidem et placentæ et bellaria præmia sunt victoris.
- B. De his ridiculis rebus cottabo luditis ? quonam modo ?
- A. Id ego te docebo. Si quis , cottabum ejiciens in lancem , efficerit ut ea cadat...
- B. Quam lancem dicis ? Illud-ne superpositum ? parvam scilicet patellam dicis ?
- A. Hoc est lanx. Ille vitor est.
- B. Ast quomodo quis sciit ? — A. Si modo tangit eam , in Manem incidet , strepitusque fiet maximus. — B. Proh Deum fidem ! cottabo additus est etiam nescio quis Manes , velut servus ?
- • • • •
- B. Quomodo sumendum sit poculum ostende.
- A. Tibicinum more oportet te incurvare digitos paulumque vini infundere , non autem multum , dein ejicies. — B. Quo modo ? — A. Huc specta , tali modo. — B. O Neptune , quam alte !
- A. Ita facies. — B. At ego ne funda quidem eo pervenisse possim. — A. Disce igitur.

Tota quidem hujus ludi ratio satis obscura est ; attamen tertium hoc cottabismi genus , quia facilimum, ideo usitatissimum erat. Pelvis implebatur aqua, cui innabant δξύθαφα (h. e. acetabula) vacua ; in quo τὰς λατάγας (h. e. potus reliquias ) a carchesiis lusores dejiciebant. Qui plura vascula ista vini dejectione submersisset , is superior eva-debat.

Supervacaneum est singillatim omnia edisse-

rere, quibus antiquissimus usitatissimusque ludus variaretur (1). Satis sit ea in Cottabismo notare, quæ potissimum ad nostram materiem pertinent. Primum oportebat manum venuste, tibicinum more, incurvare; ad hoc, dum vinum e poculo ejiciebatur, lusor amicæ aut amico, cuius nomen alta voce pronuntiabat, propinare solitus erat.

Inter Alcæi et Anacreontis fragmenta, duo sunt, quæ ad cottabum spectant :

**A.)** —      Λάταγες ποτέονται  
κυλιγύαν ἀπὸ Τηῆαν (2).

Latages volant  
calicibus ex Teiis.

**B.)** — Nos docet Anacreon quo modo Cottabus ejici debeat :

Σικελὸν κότταβον ἀγκύλῃ λελίζων (3).

Siculum cottabum inflexo cubito contorquens.

**C.)** — Quum, teste Athenæo, qui cottabo ludabant amicæ aut amici nomen pronuntiarent, in

(1) De Cottabi ludo vide Athen., XV, init; — Pollux, 6, 49; — Schol. Aristoph., *Ach.*, 524, *Nub.*, 1069, *Pac.*, 1243; — *Etym. M.*, p. 553, 18; — Suidas; — Henric. Stephan., *Thesaur. Græc. ling.*; — Becq de Fouquières, *Les jeux des Anciens*; Paris, Reinwald, 1869, p. 214 et seq.

(2) Athen., XI, 484. A.

(3) Athen., X, 427. D. — Cf. Dionysii Athenensis elegiarum fragm. 3, ed. Schneidewin. — Athen., XV, 668. E.

hujus generis scoliis reponamus hos Anacreontis  
versus :

Ἐγὼ δὲ ἔχων σκύπφον Ἐρξίωνι  
τῷ λευκολόφῳ μεστὸν ἐξέπινον (1).

Ego scyphum habens Erxioni  
albam cristam gerenti plenum propinabam.

¶.) — Denique Pindarus, ab Athenæo laudatus,  
scolion scripsit, cujus duo tantummodo versus  
servati sunt :

Χάριτάς τε Ἀφροδισίων ἀρώτων ὅφρα σὺν  
χειμάρῳ μεθύων, Ἄγαθωνὶ δὲ καλῶν πότταδον (2).

Ut gratiam Venereorum amorum bibens  
hyeme ebrius sim, et Agathoni nuncupem cottabum.

## § XII.

### SCOLIA AMATORIA.

Mirum sane esset, si inter convivales can-  
tilenas nulla scolia reperirentur, quibus aut  
pulchros juvenes aut amatas puellas poetæ ce-  
lebrarent. Ceterum Eustathius (3), Aristoxenus

(1) Athen., XI, 498. C.

(2) Athen., X, 427. D.

(3) Eustath., *Odyss.*, VII, p. 4574. Ed. Rom.

Phyllisque Musicus (1), quum scoliorum mentionem faciunt, clare nos docent convivas sæpiissime amatorias cantiones recitavisse.

Infinitum esset omnes poetarum Græcorum reliquias afferre, quæ ad amorem spectantes, in conviviis, scoliorum instar, cantata fuisse videntur. Nonnullas solummodo ex Anacreonte decerpemus, quæ quales fuerint hujusmodi cantilenæ, abunde ostendent :

**A.)** — Ὡ παιᾶ παρθένιον δλέπων  
δίζημαι σε, σὺ δ' οὐκ \* ἀτεις,  
οὐκ εἰδὼς, δι τῆς ἐμῆς  
ψυχῆς ἡνιοχεύεις (2).

O puer, qui virginis instar contueris,  
te quæro, tu vero me non audis,  
nesciens te meæ  
animæ habenas tenere.

**B.)** — Ἡρίστησα μὲν ἵτριον λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλάς,  
οἶνου δ' ἔξεπιον κάδον, νῦν δ' ἀδρῶς ἐρόεσσαν  
φάλλῳ πηκτίδᾳ τῇ φίλῃ κωμαδίων \* παιδὶ ἀδρῷ (3).

Pransus sum, ex placenta parva paululum decerpens,  
vinique bibi poculum ; nunc suaviter amabilem  
pulso citharam dulci pro ludens... puellæ teneræ.

**C.)** — Ἐμὲ γὰρ λόγων (ἐμῶν) εῖνεκα παιδες δὲ φιλοῖεν ·  
χαρίεντα μὲν γὰρ φίδω, χαρίεντα δ' οἴδα λέξαι (4).

(1) Apud Suid. v. σκολιὸν.

(2) Athen., XIII, 564. D.

(3) Hephaestio, 39.

(4) Max. Tyr., VIII, 96 (XXIV, 297).

Me enim sermonum gratia pueri amaverunt ;  
venusta enim cano, venusta novi dicere.

**D.)** — Μεγάλω δηδτε μ.' Ἐρως ἔκοψεν ὥστε χαλκεὺς  
πελέκει, χειμερῆ δ' ἔλουσεν ἐν χαρόδρῃ (1).

Magno me Amor sauciavit, ut faber,  
securi, hyemalique mersit in voragine.

**E.)** — [Τὸν] Ἐρωτα γὰρ τὸν ἀδρὸν  
μέλομαι δρύοντα μίτραις  
πολυανθέμοις ἀείδων .  
δὲ καὶ θεῶν δυνάστης ,  
δὲ καὶ δρυτοὺς δαμάζει (2).

Amorem tenerum  
cano redimitum coronis  
floridulis, dicens :  
Ille est deorum rex ,  
ille et mortales domat.

Sequentia scoliorum fragmenta, quae nobis  
Athenæus servavit, negligere non debemus :

**F.)** — Εἴθε λύρα καλὴ γενοίμην ἐλεφαντίνη ,  
καὶ με καλοὶ παιδεῖς φέροιεν Διονύσιον ἐς χορὸν .  
εἴθ' ἄπυρον καλὸν γενοίμην μέγα χρυσίον ,  
καὶ με καλὴ γυνὴ φοροίη καθαρὸν θεμένη νόσον (3).

(1) Hephaestio, 68.

(2) Clement Alex., VI, 745. Potter.

(3) Athen., XV, 695. C. Optat poeta se rem pretiosam fieri, ut modo a formoso puerō, modo a pulchra femina gestari possit. — Hoc carmen Ilgenius (p. 82 et seq.) in duo scolia dividit. Mihi secus videtur. — Vid. Schweigh., *Animadu. in Athen.*, t. VIII, p. 276 et sqq.

Utinam lyra pulchra forem eburnea,  
et me pulchri pueri ferrent Bacchicum in chorum !  
Utinam purum , pulchrum ingensque forem (ornamentum)  
[aureum ,  
et me pulchra mulier gestaret, quæ puram induisset mentem !

**G.)** — ‘Α ὅς τὰν θάλανον τὰν μὲν ἔχει, τὰν δ’ ἔραται λαβεῖν.  
κάγῳ παιδία καλήν τὴν μὲν ἔχω, τὴν δ’ ἔραμαι  
[λαβεῖν (1)].

Sus glandem aliam habet , aliamque habere cupit :  
ego quoque puellam formosam habeo, aliamque habere cupio.

**H.)** — Πόρνη καὶ θαλανεὺς τωύτον ἔχουσ' ἐμπεδέως ἔθος .  
ἐν ταύτῃ πυέλω τόν τ' ἀγαθὸν τόν τε κακὸν λόει (2).

Meretrix et balneator eumdem perpetuo habent morem :  
in eodem solio et probum et improbum lavat.

**I.)** — Qui sequuntur versus, teste Athenæo (3),  
a Seleuco hilarium carminum poeta (4) scripti  
sunt :

Κάγῳ παιδοφιλήσω πολύ μοι κάλλιον η γαμεῖν .  
παῖς μὲν γάρ παρεών κήν πολέμῳ μᾶλλον ἐπωφελεῖ.

Ego pueros amabo : hoc mihi potius est quam uxorem ducere :  
mihi enim puer adest , meliusque vel in bello auxiliatur.

Pindarus ipse , quo non alter lyricus poeta

(1) Athen., XV, 695. D.

(2) Athen., XV, 695. E.

(3) Athen., XV, 997. D.

(4) Vide supra, p. 24, note 7.

sublimibus alis altius evolavit, humile scoliorum genus, ut supra vidimus (1), non dignatus, meretrices ipsas carminibus celebravit.

Thebani vatis amicus, Xenophon Corinthius, ad certamen exiens in Olympia, se amicas Deae adducturum promisit, si victor evasisset. Pindarus primum in illum encomium conscripsit cuius principium est : « Domum ter Olympiae victricem laudo (2) » ; deinde scolion carmen in eumdem scripsit, quod cecinerunt, dum victimam immolare. Ejus principium statim ductum est a meretricibus, quae reverso Xenophonti et Veneri divinam rem facienti adstiterunt, simulque sacrificarunt. Sic ergo inquit :

•.) — Πολύξεναι νεάνιδες, ἀμφίπολοι Πειθοῦς ἐν ἀφυειῷ  
[Κορίνθῳ,  
αἵτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ἔσανθά δάκρη θυμιάτε,  
πολλάκι ματέρ' ἐρώτων, οὐρανίαν πτάμεναι νόημα  
ποττάν 'Αφροδίταν,  
ὢμοιν δ' τ' ἄνωθεν ἀπαγορίας

(1) Non sine voluptate Pindarus temporis meminit, quo apud Hieronem dulcibus his ludicris indulserit (*Olymp.*, I, 24).

ἀγλαῖζεται δὲ καὶ  
μουσικῆς ἐν ἀώτῳ,  
οἴα παιζομεν φίλαν  
ἄνδρες ἀμφὶ θαυμὰ  
τράπεζαν.

Vide supra, p. 80 et seq.

(2) Τρισολυμπιανίκαν. *Olymp.* XIII.

ἔπορεν, ὃ παιδεῖς, ἐρατειναῖς ἐν εὐναῖς  
μαλθακᾶς ὤρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι. Σὺν δ' ἀνάγκῃ  
πᾶν καλόν . . . .  
Ἄλλὰ θαυμάζω, τί με λεξοῦντι Ἰσθμοῦ δεσπόται  
τοιάνδε μελίφρονος ἀρχὰν εύρόμενον σκολίου  
ξυνάροντον ξυναῖς γυναιξίν . . . .  
Διδάξκμεν χρυσὸν καθαρῷ βασάνῳ . . . .  
὾ Κύπρι δέσποινα, τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος φορβάδῶν  
κουρᾶν ἀγέλαιν ἔκατόγγυιον Ξενοφῶν τελέσις  
ἐπάγαγ' εὐχωλαῖς λανθεῖς (1).

Hospitales puellæ, ministrae Persuasionis in opulenta Corintho,  
quæ viridis turis flavas lacrymas incenditis,  
sæpius ad matrem amorum cœlestem Venerem  
mente pervolantes,  
quæ vobis, e superis locis  
dedit, o puellæ, amabilibus in lectis  
dulcis juventæ fructum carpere. Quum urget necessitas,  
omnia pulchra...

Verum miror quid de me dicturi sint Isthmi magistri,  
tale melliti scolii initium inveniente,  
et comite vulgivagorum mulierum...  
Discimus aurum puro lapide..  
O Cypri regina, tuum in nemus meretricum  
puellarum pecus centiceps Xenophon duxit,  
votorum feliciter compos.

Scolion illud, ut videtur, a Pindaro Xenophon  
pecunia extorserat. Poeta enim sollicitus est  
quomodo amatoriam, quam scripsit, cantionem  
Isthmi magistri accepturi sint.

(1) Athen., XIII, 573. F.

Illi carmini adnectenda sunt hæc tria ejusdem poetæ fragmenta :

(στροφή)

ΙΚ.) — Χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι , θυμὲ , σὺν  
[ἀλικίᾳ .  
τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας προσώπου μαρμαρίζοισας  
δις μὴ πόθῳ κυμαίνεται , ἐξ ἀδάμαντος [δρακεῖς  
ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν

(ἀντιστροφή)

ψυχρῷ φλογὶ , πρὸς δ' Ἀφροδίτας ἀτιμασθεὶς ἐλικο-  
[θλεφάρου  
ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει θιαίως , ἢ γυναικείῳ θράσει  
ψυχὸν φορεῖται πᾶσαν δόδον θεραπεύων .  
Ἄλλ' ἐγὼ ὥρας ἔκατι τὰς ποθεινᾶς κηρὸς ὡς

(ἐπωδός)

δαχθεὶς ἐλαιηρᾶν μελισσᾶν  
τάκομαι , εὗτ' ἂν ἵδω παῖδων νεόγυιον ἐς ἥβαν .  
Ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ Πειθώ τ' ἔναιεν  
καὶ Χάρις υἱὸν . . . . . Ἄγησθα . . . . . (1).

(STROPHE)

Oportebat tempore amores carpere , o anime , per juventam .  
Theoxeni vultus radios splendentes qui videns  
desiderio non agitatur , ex adamante  
vel e ferro conflatur , nigro pectore ,

(1) *Athen.*, XIII, 604. D.

( ANTISTROPHE )

frigida flamma , et a Venere mobilibus palpebris prædita ,  
[ contemnitur ;  
aut ægre in divitiis quærendis sudat , aut mulierum audacia  
mente fertur quamcumque per viam , (earum) famulus .  
Ego vero , a pueritia amabili morsus

( EPODE )

non secus ac mellitarum apium cera  
liqueesco , quum intueor puerorum florentem juventam .  
Certe in Tenedo Persuasio habitat  
et gratia filium Agesilæ ( ornans ).

Ι. — Εἴη καὶ ἐρῶν καὶ ἔρωτι χαρᾶς εσθαι κατὰ καιρόν .  
μὴ πρεσβυτέραν δριθμοῦ δίωκε , θυμὲ ,  
πρᾶξιν (1).

Liceat amare , amoreque indulgere in tempore :  
noli , anime mi , venereo tardius persequi  
lusus .

ΙΙ. — Μηδὲ μαύρου τέρψιν ἐν θίφ . πολύ τοι  
φέρτιστον ἀνδρὶ τερπνὸς αἰών (2).

Noli negligere voluptatem in vita ; bonorum enim  
optimum viro jucunda ætas .

(1) Athen., XIII, 561. B.

(2) Athen., XIII, 604. C. — XIII, 512. D.

§ XIII.

SCOLIA CAVILLATORIA.

Exstitit quoque, teste Eustathio (1), maledictum scoliorum genus. Profecto licentia convivorum Græci non semel abuti debuere, ut inimicos mordacibus cantilenis distringentes. Ubi enim melius quam inter pocula Archilochus Lycambem, Neobulemque; Alcæus Pittacum, Myrsilum, Melanchrum, Cleanactidasque; Timocreon Themistoclem et Simonidem Ceum maledictis insectati sunt? — Num ideo inter illa, quæ Eustathius σκωπτικὰ vocat scolia annumerare debemus famosas omnes horum poetarum reliquias, quæ ad nos pervenere? Minime, nisi genera confundere velimus. Attamen, duce Aristotele (2), non possumus quin inter istiusmodi scolia fragmentum Alcæi adversus Pittacum, ascribamus. Neminem fugit Pittacum, ut dominationes tolleret, potestatem penes unum positam ipsum quidem usurpasse, sed, re confecta, libertatem civibus reddidisse (3).

(1) *Odyss.*, VII, p. 1574, édit. Rom.

(2) Aristotal., *Polit.*, III, 10: « Δῆλοι δ' Ἀλκαῖος, δὲ τύραννον εἶλοντο (Μιτυληναῖοι) τὸν Πιττακὸν ἐν τινὶ τῶν σκολιῶν μελῶν· ἐπιτιμᾷ γάρ δὲ τὸν κακοπάτριδα, κ. τ. λ. »

(3) Strabon, XIII, 2. — Rei publicae præfuit Pittacus Olymp., XLVII-L (590-580, a. Chr.). — Cf. Diog. L. I, 81.

Hos versus in Pittacum Alcæus jecit :

A.) — Τὸν κακοπάτριδα  
Πίττακον πόλιος τᾶς ζαχδλω καὶ βαρυδαιμονος  
ἐστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαινεῦντες ἀολλέες  
ἀθροῷ . . . φωνῇ.

Pernicium (aut humili loco natum)  
Pittacum civitatis iracundæ et execranda  
imposuerunt tyrannum, in cœlum ferentes universi  
communi voce.

Injustissimo odio motus tam acriter Alcæus  
in Pittacum invectus est, quem omnis antiquitas  
civem sapientem, consideratum, patriæ amantem  
celebrat, quiq[ue] admirabile civilis suæ virtutis  
argumentum dedit, quum post decem annos  
reipublicæ administrationem sibi creditam libens  
deposituit.

Vidimus quibus conviciis Alcæus Mitylenensem  
populum laceraverit, qui unanimo consensu  
summam potestatem Pittaco, isti infimi generis  
homini, e Thracia oriundo commisisset. Imo,  
teste Diogene Laertio (1), eumdem Pittacum  
compellaverat poeta σαράποδα, vel σάραπον, quod  
latos pedes traheret; χειροπόδην, quod vulnera in  
pedibus haberet quæ χειράδες (2) appellantur;  
γαύρηκα, quod temere intumesceret; φύσκωνα, γάσ-  
τρωνα, quod pingui esset aqualiculo; ζοφοδορπίδαν,

(1) Diog. L., loc. cit.

(2) Gallice : engelures.

quod in tenebris cœnaret (1); ἀγάσπτον, quod neglecti cultus et sordidus esset. Huic modico plebeio nobilis ille Alcæus vitio vertit, quod per crepusculum, sine ullo lumine, cibum sumeret, dum ipse, optimatum more in cœnaculo facibus lucernisque illuminato coenabat.

Infestissimum hostem moderatione sua devicit Pittacus; Alcæusque ultimos annos vitæ exsilio et malis exagitatae inter cives tranquillissimus consumpsit.

Ilgenio duce (2) inter cavillatoria scolia hæc duo Cratetis, unius ex Diogenis Cynici discipulis, ponere non dubitabimus.

B.) — Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκ', λατρῷ δραχμὴν,  
κόλακι τάλαντα πέντε, συμβούλῳ καπνὸν,  
πόρνῃ τάλαντον, φίλοσόφῳ τριώδολον (3).

Pone coquo minas decem, medico drachmam,  
adulatori talenta quinque, causidico fumum,  
meretrici talentum, philosopho triobolum.

C.) — Ἐρωτα παύει λιμός, εἰ δὲ μὴ , χρόνος .  
ἔὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι , βρόχος (4).

(1) Ita enim sonat verbum ζοφοδορπίδης, nisi Plutarchum (*Moral.* II, 426. B.) sequi malimus: « ἀδόξοις τὰ πολλὰ καὶ φαύλοις ἡδόμενος συμπόταις. »

(2) Scol. XLVIII et XLIX.

(3) Diog. Laert., VI, 5, 86. — Floruit Crates circa Olymp. CX (340, a. C.)

(4) Diog. Laert., loc. cit.

Amorem sedat fames ; sin minus , tempus ;  
quod si illis uti non possis , laqueus.

Non obliviscendum , mea quidem sententia ,  
hoc facetissimum Archilochi fragmentum :

ΙΩ.) — Οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν , οὐδέ διαπεπλιγμένον ,  
οὐδέ βοστρύχοισι γαῦρον , οὐδὲν πεξυρημένον .  
ἀλλά μοι μικρός τις εἴη , καὶ περὶ κνήμας ἴδειν  
ροικὸς , ἀσφαλέως θερηκώς ποσσός , καρδίας πλέως  
καὶ ἐπινοήμασιν δασύς (1).

Non amo magnum ducem, nec saltantium more incidentem,  
nec cincinnis superbientem , neque abrasum.  
Sed mihi parvus ille sit , cruribusque non nihil  
incurvatis , firmiter insistat pedibus , animi plenus ,  
consiliisque abundans.

#### § XIV.

##### HYBRIÆ CRETENSIS SCOLION.

Ex omnibus cantilenis , quas servavit Athenæus ,  
maxime notanda est quæ Hybriæ Cretensi tribuitur . Quam tamen Athenæus dubitat utrum  
inter scolia annon ipse positurus sit , scolianque  
ob eam solummodo causam vocat quod nonnulli  
illam eo nomine appellavere (2) .

(1) Galen., t. V, 618, 630.— Dio Chrys., p. 399.— Schol. Theocrit.  
ad Idyll., IV, 49.

(2) Athen., XV, 695. F.

(προφήτη)

Ἐστι μοι πλεῖστος μέγας δέρη καὶ δίδος  
καὶ τὸ πελέν λευτῆν, πρόβλημα γρατές·  
πάντα γάτρα θέριον, πάντα θερίον,  
πάντα πατέρα τὸν ἀστον εἶνον ἀπ' ἄνθετον·  
πάντα δεσπότας μνωίς (1) πέλληται.

(ἀντανταρρεψή)

Τοι δὲ μὴ πλεύσαντες ἔχειν δέρη καὶ δίδος  
καὶ τὸ πελέν λευτῆν, πρόβλημα γρατές,  
πάντες γάνη πεπανθάτες θάψαν  
\* \* \* πληνεύντες τε δεσπόταν,  
καὶ μέγιν διστάληταις ζωνέοντες (2).

(STROPHE)

Mihi magnæ divitiae sunt hasta et ensis,  
ac pulchrum scutum, tutela corporis.  
Hoc enim aro, hoc meto,  
hoc dulce vinum ex vite tero;  
hoc dominus servorum vocor.

(ANTISTROPHE)

Qui vero non audent habere hastam et ensem,  
ac pulchrum scutum, tutelam corporis,  
omnes ad mea genua procumbentes  
\* \* \* me dominum adorant  
et Magnum Regem me salutant.

(1) μνωίς creticum est vocabulum significans τὴν κοινὴν δουλίαν.

(2) Cf. Archilochi versus : Ἐν δέρῃ μέν μοι χ. τ. λ. pag. 78.

Profecto militarem hanc cantilenam neque Harmodii scolio, neque cantionibus quibus insignia belli facinora celebrata fuisse vidimus, comparare nobis in animo est. Minime enim serium Hybriæ scolion nobis videtur, licet Ottfr. Müllerus (1) affirmet ibi expressum fuisse ad vivum Doricorum fastum, quorum potestas jura que solis in armis nituntur ; armis nempe servis imperant, qui pro domino arare, metere et vendemiare debent. Hanc potius crederem gloriosi cujusdam militis cantilenam esse, cum A. Barone consentiens, qui, ut mihi videtur, eam lepidissime in linguam gallicam sic vertit (2) :

Tout mon bien, mon opulence,  
C'est mon grand sabre et ma lance,  
Et ce bouclier si beau  
Qui défend si bien ma peau.

Avec eux, en tout pays,  
Je laboure, je moissonne,  
Mon écu me sert de tonne  
Pour vendanger vins exquis.

Avec eux je vis en maître,  
J'ai le profit et l'honneur,  
Dès que je viens à paraître,  
On m'appelle Monseigneur.

Ils tremblent en ma présence  
Ceux qui n'ont ni sabre ni lance,

(1) *Hist. de la Litt. gr.*, trad. par K. Hillebrand, II, 135.

(2) A. Baron : *Callinus et Tyrtée*, Bruxelles, 1885.

Ni boudier assez beau  
Pour bien défendre leur peau.

Tous à genoux devant moi ,  
Et le nez dans la poussière ,  
Baisent humblement la terre  
En criant : C'est le grand roi !

Et pourtant mon opulence  
N'est rien qu'un sabre , une lance ,  
Et ce bouchier si beau  
Qui défend si bien ma peau.

§ XV.

DE STESICHORO , SCOLIORUM POETA , SI ARISTOPHANIS  
SCHOLIASTÆ FIDES EST.

Ut jam huic opusculo finem imponamus, pauca verba addenda sunt. Apud Aristophanis Scholiastam supra (1) legimus « in conviviis olim cantata fuisse Simonidis Stesichorique carmina » Celeberrimum quoddam Simonidis scolion attulimus (2). — Quod ad Stesichorum (3) attinet, plane nescimus quæ, inter servata illius poetæ fragmenta, in scoliorum numero ponenda sint. Num hujus modi faciles levesque cantilenas, quæ in conviviis recitarentur, scripsit grandis ille

(1) Pag. 43.

(2) Pag. 44.

(3) Olymp. XXXVII natus, mortuus autem LVI (684-556. a. Ch.).

vates , qui ut Quintiliani (1) verbis utar , *epici carminis onera lyra sustinuit* ? Horatius, quum graves Stesichori *camœnas* (2) laudat, nos putare vetat poetam illum tales ad jocos unquam descendisse.

§ XVI.

DE BACCHYLIDE INTER SCOLIORUM POETAS  
ANNUMERANDO.

Scoliorum poetis facilius adjungendum opinor Bacchylidem Ceum (3); qui quidem , ut Simonides , cui sanguine conjunctus erat , in aula Hieronis Syracusani vixit , et avunculi instar athletas victores cecinit. Attamen vitae gaudia , amores vinumque celebrasse potissimum videtur. Non sine causa igitur scoliorum generi tria fragmenta reddemus. quæ Athenæus ab injuria oblivionis asseruit :

**A.)** — Quid suavius quam hi versus , quibus mirum in modum depingit poeta quam venuste amata quædam puella inter attentos juvenes cottabum e poculo ejiciat !

(1) *Institut. Orat.*, lib. X.

(2) Horat., *Carm.*, IV, 9, 10.

(3) Circa Olymp. LXXXII florebat (452. a. Ch.).

Εύτε τὴν ἀπ' ἀγκύλης (1) ήσι τοῖς νεανίαις,  
λευκὸν ἀγτείνασσα πῆχυν (2).

Quando [vinum] ex ancylo mittit juvenibus,  
niveum extendens cubitum.

■.) — Nullus unquam poeta quanta vis sit in  
vino splendidius descriptsit quam Bacchylides in  
hoc fragmanto :

στρ. α'.                          Γλυκεῖ' ἀνάγκα  
σευομένα κυλίκων θάλπησι θυμόν ,  
Κύπριδος δ' ἐλπίς διαιθύσσει φρένας  
στρ. β'.                          ἀμμιγνυμένα Διονυσίσισι δώροις .  
ἀνδράσι δ' ὑψοτάτω πέμπει μερίμνας .  
αὐτιχ' δ' μὲν πόλεων κρήδεμνα λύει ,  
πᾶσι δ' ἀνθρώποις μοναρχήσειν δοκεῖ .  
στρ. γ'.                          χρυσῷ δ' ἐλέφαντί τε μαρμαίρουσιν οἶκοι ,  
πυροφόροι δὲ κατ' αἰγλήντα [καρπὸν]  
νῆες ἄγουσιν ἀπ' Αἰγύπτου , μέγιστον  
πλοῦτον . ὃς πίνοντος δρμαίνει κέαρ (3) !

stroph. 1.                          Dulcis vis  
e calicibus erumpens incalfacit animum.  
Veneris spes incendit mentes ,  
stroph. 2. permixta Bacchi muneribus ,  
et longe ab homine mittit curas.

(1) ἀγκύλη, curvatura manus.

(2) Athen., XV, 667. C.

(3) Athen., II, 39. E. F.

Illico urbium mœnia quatit,  
omniumque hominum rex esse videtur.

stroph. 3. Auro et ebore resplendet domus,  
frumento onusti (fructus)  
naves aferunt ex Agypto, splendidas et maximas  
divitias : sic bibentis animus emicat !

C.) — Denique ita Castorem Pollucemque  
affatur et ad simplex hospitium invitat :

Οὐ διῶν πάρεστι  
σώματ', οὔτε χρυσὸς,  
οὔτε πορφύρεοι τάπητες,  
ἀλλὰ θυμὸς εὐμενῆς,  
Μοῦσα τε γλυκεῖα,  
καὶ Βοιωτίοισι  
ἐν σκύφοισιν οἶνος ἡδὺς (1).

Non boum adsunt  
corpora, neque aurum,  
neque purpurei tapetes,  
verum animus benevolus,  
musaque dulcis  
et Bœotiis  
in scyphis vinum suave.

Hi versus, e carminibus deprompti, quæ  
a convivis, procul dubio, cantata fuere, quid  
aliud sunt, ut ait Ottfr. Müllerus (2), præter

(1) Athen., XI, 500. B.

(2) Ottfr. Müller, *Hist. de la Litt. gr.*, II, 184.

scolia in cantilenas alternatim recitatas con-  
versa ?

Vidi ac perlegi :

Lutetiae Parisiorum, in Sorbona,  
a. d. VI. cal. Jul. ann. MDCCCLXXIII.

*Facultatis litterarum in Academia Parisiensi Decanus,*  
**PATIN.**

Typis mandetur :

*Academiæ Parisiensis Rector,*  
**A. MOURIER.**

---

## INDEX.

---

§	I. — De Scoliis apud Græcos ; ubi et quando cantata fuerint? . . . . .	5
§	II. — Qua de causa convivales cantilenæ Scolia fuerint appellata? . . . . .	7
§	III. — De myrti ramo , quem scoliorum cantores manu gestabant . . . . .	16
§	IV. — De metris scoliorum . . . . .	17
§	V. — Qui fuerint præcipui scoliorum scriptores ?	20
§	VI. — Scolia maxime popularia : 1 <sup>o</sup> Harmodii et Aristogitonis ; — 2 <sup>o</sup> Admeti ; — 3 <sup>o</sup> Telamonis. . . . .	23
§	VII. — Scolia in honorem Deorum. . . . .	35
§	VIII. — Scolia moralia, seu ἔνωφελῆ. . . . .	37
§	IX. — Scolia ad historiam Græcorum pertinentia.	53
§	X. — Scolia συμποτικά. . . . .	60
§	XI. — Scolia ad cottabi ludum spectantia . . . . .	82
§	XII. — Scolia amatoria . . . . .	86
§	XIII. — Scolia cavillatoria . . . . .	94
§	XIV. — Hybriæ Cretensis scolion. . . . .	97
§	XV. — De Stesichoro, scoliorum poeta, si Aristophanis scholiastæ fides est. . . . .	100
§	XVI. — De Bacchylide inter scoliorum poetas annumerando. . . . .	101



## EMENDANDA.

---

<i>Pag.</i>	<i>Lin.</i>	<i>Loc.</i>	<i>Lege :</i>
9	1	obscure conditæ, sed quia, etc	obscure conditæ; sed quia , etc.
<i>Ibid.</i>	6	ea esset. Et quia , etc.	ea esset; et quia , etc.
19	12	Hephœstio.	Hephœstio.
24	7	ξίφος.	ξίφος.
<i>Ibid. Ibid.</i>		φορήσω.	φορήσω.
30	26	οἱ.	οἱ.
52	16	παρήορος.	παρήορος.
57	12	Leipsydriion.	Lipsidrion.
59	14	Lysistratæ.	<i>Lysistratæ.</i>
<i>Ibid.</i>	19	ut opinor reddendus.	ut opinor, reddendus
61	16	ῆν.	ῆν.
64	5	διψαις'.	διψαισ'.
67	23	δίαν.	δίαν.
80	9	ἐπει.	ἐπει.
81	2	τότε.	τότε.
<i>Ibid.</i>	18	Casanb.	Casaub.
87	6	cantata.	cantatæ
<i>Ibid.</i>	20	παιδὶ.	παιδὶ.
88	21	γενοίμην.	γενοίμην.
94	21	Aristotal.	Aristotel.
96	5	more in	more , in.

Pag. 32, lin. 15.—33,24.—36,6.—60,22.—72,3., etc., etc., corrige γ in η.


















G 336  
De scolis; sive, De convivalibus c  
Widener Library 005205505



3 2044 085 075 752